

ANNO JUBILAEI

Annum Sanctum, Parochi proprii, vel Confessorii judicio, admittendi videantur, ceteri possunt ab isto in-

XLIX. Ad injunctam Basilicaram visitationem per-

L. Si quod superveniat Indultum, quo prescri-

LI. Injunctae pie preces in singularum Visitatio-

Quoad irra-

LII. Qui hoc Anno Sancto bis, aut plures omnia

Quoad favo-

LIII. Preter Penitentiariorum, ut supra, deputatos,

LIV. Absolutio a Censuris (praeter quam datae ad

Quoad fa-

LV. Suspendio facultatum absolventi, dispensandi

per hunc quoque annum in ipsa Urbe, juxta tenorem

LVI. Extra Urbem vero, servanda omnino erit

LVII. IAM VERO adventante convivi hora, qua

Sacros autem Christi Ministros, ejusque Sacramento-

Ceterum praesentes Litteras, omnesque, & singu-

Adhortatio.

Clausula.

Nul-

ANNO JUBILAEI

gesimo nono, septimo Kalendas Decembris Pontifica-

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugentius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 6. Decembris ejusdem Anni

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno In-

XXI.

DE QUESTIONIBUS

Et controversis olim excitatis circa opera injuncta pro

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii Salutem, & Apostolicam

De variis INTER praeteritos, ac praesentes labores nostros in

DELLE DISPUTE

XXI.

E controversie altre volte promosse circa le opere in-

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii, Salutem, & Apostolicam

FRa le fatiche, che abbiamo fatte, e che andiamo

Delle varie controversie

Nul-

ANNO vero hæc quæcumque egimus, ac meditati sumus, in cæterorum commodum, & in præcipuam Confessionem præferimus, & eorum, qui animarum curam gerunt, utilitatem evadant; ad Vos, Dilecti, Filii, Encyclicas hæc nostras Litteras dirigimus, adimplentes hoc modo; quod polliciti sumus in Consistoriali Allocatione nostra, quam in Consistorio die v. Maji vertentis 1749. a Nobis habito pronuntiavimus. Atque ut etiam confusio omnis renovetur, & debito ordine procedatur, de qualibet Constitutione super Anni Jubilæi Sancti per Nos ad præsentem usque diem publicata singillatim agemus.

I.

De Apostolica Constitutione, quæ incipit, Peregrinantes, in qua indicitur Universale Jubilæum Anni Sancti publicata die 15. Maji, in Festo Dominicæ Ascensionis, 27. 49.

De Communione Sacramentali.

§. 2. IN hac Constitutione nostra hæc, quæ sub iudicio communi, verba leguntur: Vere penitentibus, & confessis, sacraque Communione refectis. Primi Nos omnium sumus, qui Confessione Communionem adiecit, eam inter opera illa comprehendentes, quæ ad consequendas Anni Sancti Indulgentias injuncta sunt atque præscripta. Quæ vero Nos causæ moverint, ut prædicta verba adjungeremus, eas in Consistoriali Allocutione nostra expressimus, quæ in Consistorio die 5. Maji Anni 1749. habito a Nobis pronunciata fuit. Neminem autem arbitramur futurum, qui eam in medium questionem adducat, nam videlicet sub nomine Sacrae Communionis; Sacramentalis Communio, an vero Communio spiritualis intelligatur; quoniam Sacrum Tridentinum Concilium, Sess. 13. cap. 8. trium Communionum mentionem facit, videlicet, solius Sacramentalis, quæ Communio est illorum, qui eam in peccato lethali recipiunt; solius Spiritualis, quæ illorum est, qui summo opere cupientes Panem Eucharisticum gustare, viva fide, quæ per dilectionem operatur, spiritualis illius fructus atque utilitatis participes sunt; & Sacramentalis simul ac Spiritualis, quæ est illorum, qui prius ita se probant, & instruunt, ut vestem nuptialem induti ad divinam Mensam accedant. Nos sub sacrae Communionis nomine Sacramentalem simul ac Spiritualem Communionem intelleximus, atque intelligimus, cum sensus verborum obvis hic plane sit; neutriquam rati, rem tam absurdam cuiquam in mentem venire posse, ut sua nomine sacrae Communionis, sola Sacramentalis Communio intelligi possit; quemadmodum etiam opportune a Patre Passerino de Indulgentiis quest. 43. & 44. animadvertum fuit; licet ipse scriberet quidem post damnationem ab Alexandro VII. die 7. Septembris 1665. prolatam illius propositionis: Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfaciendo præcepto Ecclesie; sed scriberet ante damnationem promulgatam a Venerabili Servi Dei Innocentio XI. die 2. Maji 1679. in alteram propositionem: Præcepto Communionis annuæ satisfacti per sacrilegam Domini manducationem.

De Confessione Sacramentali.

§. 3. In celebri illa Bonifacii VIII. Constitutione, quæ incipit Antiquorum sub titulo de penitentibus, & remissionibus in Extravagan. commun., ubi indicitur Jubilæum Anni Sancti, hæc verba leguntur: Vere penitentibus, & confessis, vel qui vere penitentibus, & confitentibus; & in Extravaganti Unigenitus Clementis VI. eodem libro, & sub eodem titulo hæc alia leguntur verba: Vere penitentibus, & confessis. Ex hisce autem verbis gravis est controversia quoad tempore excitata, cum ad Indulgentiæ consecutionem confessis in voto sufficiens sit an vero confessio in se requiratur; quod idem est ac si diceretur, utrum ad consequendam Indulgentiam peccata Sacerdoti actualiter confiteri necessarium sit, an vero satis sit ea cum intimo doloris sensu, & sincero contritionis actu detestari cum consistendi proposito, confessionem interim in aliud tempus differendo, ac in Pascha præsertim, quo tempore unusquisque Fidelium, lege ab Ecclesia præscripta, sacram recipere Communionem obligatur.

§. 4. Indicata tantum, verum non decisa hujusmodi questio est a Cardinali de Luogo de Penit. 27.

tratteremo a parte a parte di ciascheduna Costituzione sopra l'Anno Santo publicata da Noi sino al giorno presente.

I.

Dell' Apostolica Costituzione, che incomincia Peregrinantes, in cui s' intima l'Universale Giubileo dell' Anno Santo publicata nel giorno 15. di Maggio, Festa dell' Ascensione del Sig. 1749.

§. 2. IN questa nostra Costituzione si leggono le seguenti parole: Vere penitentibus, & confessis, sacraque Communione refectis. Noi siamo i primi, che alla Confessione abbiamo unita la Comunione, annoverandola fra le opere ingiunte e prescritte per conseguire le Indulgenze dell' Anno Santo. I motivi della detta aggiunta sono stati da Noi espressi nella nostra Allocuzione Concistoriale fatta nel Concistorio tenuto ai 5. di Maggio dell' anno 1749. Non crediamo, che da veruno possa eccitarsi la questione, se sotto nome di sacra Comunione intendasi la Comunione Sacramentale, o pure la Comunione Spirituale; giacchè il Sacro Concilio di Trento Sess. 13. c. 8. fa menzione di tre Comuni; cioè della sola Sacramentale, che è quella di coloro, che la ricevono in peccato mortale; della sola Spirituale, che è quella di coloro, che somamente desiderando di gustare il Pane Eucaristico, con fede viva, quæ per dilectionem operatur, ne sentono il frutto e l'utilità; e della Sacramentale insieme e Spirituale, che è di quelli, che prius ita se probant, & instruunt, ut vestem nuptialem induti ad divinam Mensam accedant. Noi sotto nome di mera Comunione abbiamo inteso ed intendiamo la Comunione Sacramentale insieme e Spirituale; essendo questo il senso ovvio delle parole, non credendo mai, che possa cadere in mente a veruno, che possa intendersi sotto nome di sacra Comunione Sacramentale; come anche fu ben avvertito dal P. Passerino de Indulgentiis quest. 43. & 44. non ostante ch' esso scrivesse bensì dopo la condanna della proposizione fatta da Alexandro VII. ai 7. di Settembre 1665. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfaciendo præcepto Ecclesie, ma scrivesse prima della condanna della proposizione, fatta dal Venerabile Servo di Dio Innocentio XI. ai 2. di Marzo 1679. Præcepto Communionis annuæ satisfacti per sacrilegam Domini manducationem.

Della Communione Sacramentale.

§. 3. Nella celebre Costituzione di Bonifazio VIII. che incomincia Antiquorum sotto il titolo de penitentibus, & remissionibus, nell' Extravagan. comuni, ove indicitur il Giubileo dell' Anno Santo, si leggono le seguenti parole: Vere penitentibus, & confessis, vel qui vere penitentibus, & confitentibus; e nell' Extravagante Unigenitus di Clemente VI. nello stesso libro, e sotto lo stesso titolo, si leggono queste altre parole: Vere penitentibus, & confessis. Da queste parole altre volte è nata una grave controversia, se basti per conseguire l' indulgenza la Confessione in voto, o pure si richieda la Confessione in se; che è lo stesso che dire, se per conseguire l' Indulgenza sia necessario il confessare attualmente al Sacerdote i peccati, o pur se basti il pentirsi con un vero atto di contrizione, col proposito di confessarsene, differendo la Confessione ad altro tempo, e specialmente alla Pasqua, nel qual tempo ogni Fedele è obbligato a ricevere la sacra Comunione.

Della Confessione Sacramentale.

§. 4. La questione è indicata, e non risolta dal Cardinale de Luogo de penit. disp. 27. sess. 6. num. 94.

secundum leges discussam reperimus. Ludovicus Bologninus Canonici Juris Doctor illustris famæ, in suo de Indulgentiis Tractatu, in eam inclinatum sententiam, quod contritionis actus cum prædicto proposito conjunctus, sufficiens sit. Felinus Sandeus, vir suis supra Jus Canonum scriptis item insignis, in eo: quem scripsit de Indulgentia plenaria Tractatu, in eandem pariter sententiam propendit; verum contrariam tutiorem esse affirmare. Bolognini, & Felini opera in Tractatibus, qui vulgo Magni dicuntur, sunt impressa tom. 14. edit. Venet. ann. 1584. pag. 145. a tergo, & pag. 158. a tergo. Silvester vir in Theologica Facultate præclarus in sua summa in verb. Indulgentia n. 20. postquam propriam in eam sententiam propensionem ostendit, quod sufficit confessio in voto; eos qui Indulgentias consequi volunt, ad actum Confessionem consilio suo excitat, atque in ea pariter sententia est Venerabilis Cardinalis Bellarminus tom. 2. Controversiarum lib. 1. de Indulgentiis c. 13. §. Tertia questio. Sanctarellus Variar. resolut. questio. 76. a num. 7. usque ad num. 23., Auctores, qui pro utraque sententia opinione, diligenter colligit & accurate ipsam tamen ad consecutionem Indulgentiæ Anni Sancti actualem Confessionem requirit. Nos ad Auctores ab ipso collectos Johannem Baptistam Pauliani lib. 3. cap. 2. cap. 147. & segg. ademus, qui super Jubilæo Anni Sancti a Julio III. publicato scriptis, qui quidem Auctor ex vi verborum vere penitentibus, & confessis actualem Confessionem requiri contendit.

§. 5. Navarrus tam celebris, qui olim opinionem, quæ sufficiens esse vult Confessionem in voto, secutus fuerat, Cardinalis Cajetani auctoritate permotus, in suo de Jubilæo Tractatu Notabil. 18. n. 5. & segg. & num. 6. eam prorsus abiecit, & alterius opinionis sedatorem evasit, quæ requirit Confessionem actualem, quamque Fidelibus magnæ spiritualis utilitatis occasionem dedisse cognoverat. Pater Viva de Jubilæo quest. 8. art. 3., qui per occasionem Jubilæi Anni Sancti ab Innocentio XII. publicati scriptis, & Pater Constantini in suo Tractatu part. 2. artic. 5. de Anno Jubilæi a Benedicto XIII. inditi, considerant, quod sub verbo vere penitentibus, comprehenduntur peccatores contriti; verum quoniam ad verba vere penitentibus adduntur hæc alia, & confessis, in hisce ultimis actualis Confessio exprimitur atque præscribitur.

§. 6. Dici autem potest, quod hujusmodi opinio facta jam sit sententia Sanctæ Sedis; nam cum in Congregationem Indulgentiarum positum, & questum esset, unum videlicet, quemadmodum Missionarii, qui in regionibus Infidelium morantur, licite Sanctam Missam celebrant, præmissis contritionis actu ob grave aliquod, quod admiserint, peccatum, cum non addit Confessarius, nec debeant die Festo Fideles Missa privari; ita consequendi Indulgentias, quæ conceduntur vere penitentibus, & confessis capaces dicendi sint, facientes actum contritionis, nec premitentes Confessionem. Congregatio prædicta respondit, nequaquam eos esse capaces, verum Summo Pontifici supplicare debere, ut nova eos gratia capaces reddat, ut, non facta actuali Confessione propter deficientiam Confessarii, solo contritionis actu ad consequendas Indulgentias habiles evadant. Hanc vero resolutionem Clemens XIII. Prædecessor Noster approbavit, & gratiam imperitius fuit. Documenta referuntur in Opere P. Theodori ejusdem Congregationis Indulgentiarum Consultoris de Indulgent. part. 1. cap. 11. artic. 5. in fine.

§. 7. Nos hac formula vere penitentibus, & confessis, Confessionem actualem intelleximus, semperque intelligimus, quam inter præscripta, & adimplenda opera ad consequendas Indulgentias necessaria reponimus. Dicere; quod sic intelleximus, & intelligimus, sufficiens fortasse fuisset; verum quæ ante exposuimus, ea de causa exponere opportunum existimavimus, ut fundamenta agnoscerentur, quibus nostra in nixa sententia est.

§. 8. Proficquitur Constitutio Peregrinantes, atque in ipsa post præscriptas quatuor Basilicarum, videlicet Sancti Petri, S. Pauli, S. Joannis in Laterano, & S. Mariæ Majoris visitationes, subjungitur, quod

64. Noi la ritroviamo formalmente discussa. Lodovico ANNO Bolognino Canonista di chiaro nome nel suo Trattato de Indulgentiis inclina nel sentimento, che basti l'atto di contrizione col detto proposito. Felino Sandeo, uomo pure celebre pe' suoi scritti sopra il jus Canonico, in un suo Trattato de Indulgentia plenaria, inclina nello stesso sentimento; ma dice; che il contrario è più sicuro. Le Opere del Bolognino, e del Felino sono stampate ne' Trattati volgarmente detti Magni, tom. 14. edit. Venet. ann. 1584. pag. 145. a tergo, & pag. 158. a tergo. L'insigne Teologo Silvestro nella sua Somma in verb. Indulgentia n. 20., dopo aver mostrata inclinazione pel sentimento della Confessione in voto, consiglia l'attuale Confessione per conseguire le Indulgenze; e dello stesso sentimento ancora è il Venerabile Cardinal Bellarmino tom. 2. Controversiarum lib. 1. de Indulgentiis cap. 13. §. Tertia questio. Il Santarelli Variar. resolut. quest. 76. a n. 7. usque ad n. 23. con molta accuratezza raduna gli Autori, che stanno per l'una e l'altra opinione, e richiede l'attuale Confessione per conseguire l'Indulgenza dell' Anno Santo. Ed agli Autori da esso radunati Noi aggiungeremo Gio. Battista Pauliani lib. 3. cap. 2. pag. 147. & segg., che scrisse sopra il Giubileo dell' Anno Santo, pubblicato da Giulio III., che sostiene, richiederli l'attuale Confessione in vigore delle parole vere penitentibus & confessis.

§. 5. Il Navarro tantò rinomato, che una volta avea seguitata l'opinione, che basti la Confessione in voto, mosso dall' autorità del Cardinale Gaetano, nel suo Trattato del Giubileo Notabil. 18. n. 1. & segg. & num. 6. l' abbandonò, e divenne invito seguace dell' opinione, che richiede l' attuale Confessione, riferendo il gran bene, che sapeva esser provenuto dalla pratica dell' opinione, che richiede l' attuale Confessione. Il Padre Viva de Jubilæo quest. 8. art. 3., che scrisse nell' occasione del Giubileo dell' Anno Santo publicato da Innocentio XII., ed il P. Costantini nel suo Trattato part. 2. art. 5. dell' Anno Santo publicato da Benedetto XIII. considerano, che sotto la parola vere penitentibus sono compresi i peccatori contritti, ma che aggiugnendosi alle parole vere penitentibus, le altre & confessis, in queste ultime viene prescritta la Confessione attuale.

§. 6. Può dirsi questa opinione diventata sentimento della Santa Sede: imperocchè essendo stato proposto nella Congregazione delle Indulgenze il questo, se siccome i Missionari, che stanno ne' paesi degl' Intedeli, celebrano licitamente la Santa Messa, premesso un atto di contrizione, per qualche peccato commesso, non essendovi Confessore, con cui possano confessarsi, è non dovendo i Fedeli restar senza Messa nel giorno di Festa; così debbano dirsi capaci di conseguir le Indulgenze concedute vere penitentibus & confessis, facendo un atto di contrizione, e non premettendo la Confessione; la detta Congregazione rispose, non esserne essi capaci, ma doverli pregare il Sommo Pontefice di renderli capaci con nuova grazia, acciò contriti, senza essersi confessati, mancando il Confessore, restino abilitati a conseguire le dette Indulgenze. Ed il nostro Predecessore Clemente XII. approvò la risoluzione, e concesse la grazia. I documenti sono riferiti nell' Opera del Padre Teodoro Consultore della detta Congregazione delle Indulgenze de Indulgentiis part. 1. cap. 11. art. 5. in fine.

§. 7. Noi sotto nome di vere penitentibus, & confessis, abbiamo inteso, e sempre intenderemo l' attuale Confessione, che riponiamo fra le opere ingiunte da adempire per conseguire le Indulgenze. Sarebbe forse stato bastato il dire, che così abbiamo inteso ed intendiamo; ma abbiamo creduto opportuno l' esporre quanto poc' anzi abbiamo esposto, acciò si riconoscano i fondamenti, a' quali resta appoggiato il nostro sentimento.

§. 8. Proficquitur la Bolla Peregrinantes, ed in essa, dopo essersi prescritta la visita delle quattro Basiliche, cioè di San Pietro; San Paolo, di San Giovanni in Laterano, e di S. Maria Maggiore, si

Della Visita delle Basiliche.

ANNO quod dicte visitatio fiat semel saltem in die, per viginti annos, aut interpolatis diebus, sive naturalibus, sive etiam Ecclesiasticis, nimirum a primis vespere usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandas, si Romani, vel incolae Urbis, si vero Peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim saltem huiusmodi dies. Quibus verbis, rite, & ut Nos intelligimus, intellectis, quaestiones duae alias excitatae de medio tolluntur.

§. 9. Prima, num, quemadmodum quatuor Basilicarum visitatio vigore Constitutionis interpolatis diebus fieri potest, velut, exempli gratia, fieri potest una visitatio quatuor Basilicarum decima die mensis Januarii, alia vero visitatio quatuor Basilicarum die 15; ita fieri possit, exempli gratia visitatio duarum aliarum Basilicarum in altero die, usque ad completum triginta, vel quindecim respective visitationum pro unaquaque Basilica numerum.

§. 10. Verba saltem semel in die etiam in citata Bonifacii VIII. Decretali Antiquorum leguntur: Glossator autem ad praedicta verba, ea commentans, attestatur, quod didus Pontifex in Consistorio declaravit, praedictarum Basilicarum visitationes per modum nuper indicatum fieri posse, dummodo numerus visitationum uniuscuiusque Basilicae trigessimus sit quo ad Romanos, & decimus quintus quo ad Exteros. Si ponamus, quod factum a Glossatore relatum subsistat, dici debere putamus, Pontificem Bonifacium non quidem declarasse, quod talis esset verborum sensus saltem semel in die, verum pro speciali gratia concessisse, ut, non obstante contraria Decretalis suae dispositione, Ecclesiarum visitationes modo ante indicato fieri possent. Et sane quotquot subsequentibus temporibus super Bullis de Anno Sancti Jubilaeo scripserunt, in quibus semper verba saltem semel in die, reperuntur, vim locutionis expendentes, quod dicitur in die in singulari & non in diebus in plurali, fieri debere visitationes quatuor Basilicarum in uno die dixerunt. Videri possunt Navarrus de Jubilaeo, & Indulgentiis notab. 32. num. 41. & Benzonius de anno Jubilaei lib. 5. dub. 5. Ita pariter differunt Sanctarellus varior. Resolut. quae. 75. n. 1. & sq. Lavorius de Jubil. & Indulgent. part. 1. cap. 17. num. 5. Quartus Tractatus del Giubbileo punt. 2. dub. 1. Passerinus de Indulgentiis quae. 49. n. 363. Pasqualigo de Jubilaeo quae. 45. Riccius Tractatus del Giubbileo cap. 117. qui ultimus adiungit, quod quando a Summis Pontificibus Basilicae per Annum Sanctum visitantur, quatuor simul in uno die visitantur.

§. 11. Nihilominus per occasionem Anni Sancti 1700. a Pontifice Innocentio XII. promulgati opportunum factu visum fuit, in particulari Congregatione ex variis Cardinalibus, & Praelatis composita, iterum examini supradictum dubium committere, num videlicet visitatio quatuor Basilicarum in unico tantum die fieri deberet, an vero fieri diebus interpolatis posset, duas exempli gratia Ecclesias uno die, alteras vero duas alio die visitando. Concordi sententia decisa fuit, quod omnes in uno die fieri deberent. Atque ita pariter in Notificatione a Cardinali Gaspare de Carpineo tunc temporis Urbis Vicario publicata indictum fuit. Tam nomina eorum, qui Congregationi interfuerunt, quam ipsa Resolutio registrata sunt a Joanne Baptista Riganti Comment. ad Regulas Cancell. Tom. 4. ad Reg. 53. ann. 22. usque ad finem. Declaratio ipsa a P. Viva de Indulgent. pag. 668. edit. Patavin. ann. 1715. typis impressa, atque etiam a P. Vanranst Opuscul. de Indulg. & Jub. quae. 7. n. 10. indicata reperitur. Nos demum communi, atque obvia verborum sensui saltem semel in die, communi Doctorum opinionis, ac praecedentibus Resolutionibus adhaerentes, protestamur, Nos in Constitutione nostra, Peregrinantes, visitationem quatuor Basilicarum in uno die fieri debere intellexisse.

§. 12. Altera autem controversia est, quae respicit mensuram diei, in quo, quemadmodum didum est, quatuor Basilicarum visitatio fieri debet. Quidam a media praecedenti nocte, ad alteram mediam noctem diei subsequentis metiendum esse existimant, exempli gratia, a media nocte diei Jovis usque ad

aggiunge, che la detta visita si faccia semel saltem in die, per triginta annos, aut interpolatis diebus, sive naturalibus, sive etiam Ecclesiasticis, nimirum a primis vespere usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romani, vel incolae Urbis, si vero peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim saltem huiusmodi dies: colle quali parole ben intese, e come Noi le intendiamo, si tolgono di mezzo due questioni altre volte eccitate.

§. 9. La prima, se, siccome la visita delle quattro Basiliche si può fare a tenore della Costituzione in giorni interpolati, come per esempio si può fare una visita delle quattro Basiliche a 10. del mese d' Gennaio, ed un' altra visita delle quattro Basiliche ai 15., così possa farsi la visita per esempio di due Basiliche in un giorno, e la visita di due altre Basiliche in un' altro giorno, finché sia compiuto il numero delle trenta, o rispettivamente quindici visite per ciascuna Basilica.

§. 10. Le parole saltem semel in die, si leggono ancora nella citata Decretale di Bonifazio VIII. Antiquorum: ed il Chiofatore commentando le dette parole, attesta, che il detto Pontefice in Consistorio dichiarò potersi fare le visite delle Basiliche nel modo poc' anzi accennato, cioè d' una Basilica in un giorno, e d' un' altra in un' altro, purché il numero delle visite di ciascuna Basilica sia il trentesimo, quanto ai Romani, ed il decimoquinto quanto ai Forestieri. Quando sussista il fatto riferito dal Chiofatore, crediamo doversi dire, che il Pontefice Bonifazio non già dichiarò, che tale fosse l' intelligenza delle parole saltem semel in die, ma che concedette per grazia particolare, che, non ostante la contraria disposizione della sua Decretale, potessero farsi le visite delle Chiese nel modo accennato. Ed in fatti quanti hanno scritto ne' tempi susseguenti sopra le Bolle del Giubbileo dell' Anno Santo, nelle quali sempre si ritrovano le parole saltem semel in die, valutando dirsi in die in singolare, e non in diebus in plurale, hanno detto, doversi fare la visita delle quattro Chiese in un giorno. Si possono vedere il Navarro de Jubilaeo, & Indulgentiis notab. 32. num. 41., ed il Benzonio de anno Jubilaei lib. 5. dub. 5. Così pure discorrono il Santarelli Variar. Resolut. quae. 75. n. 1. & seq. il Lavoro de Jubilaeo, & Indulgentiis part. 1. cap. 17. n. 5. il Quarti Tractatus del Giubbileo punt. 2. dub. 1. il Passerino de Indulgentiis quae. 49. n. 363. il Pasqualigo de Jubilaeo quae. 45. il Ricci Tractatus del Giubbileo cap. 117., che di più aggiunge, che visitandosi da' Sommi Pontefici le Basiliche nell' Anno Santo, si visitano tutte quattro in un giorno.

§. 11. Ciò non ostante, fu creduto ben fatto nell' occasione dell' Anno Santo del 1700. intimato dal Pontefice Innocenzo XII. il sottoporre ad un nuovo esame in una Congregazione particolare composta di varj Cardinali, e Prelati il sopradetto punto, se la visita delle quattro Chiese dovesse farsi in un sol giorno, o pure potesse farsi in giorni interpolati, visitando per esempio due Chiese in un giorno, e due in un altro; e concordemente fu risoluto, che dovevano farsi tutte in un giorno: e così ancora fu intimato in una Notificatione pubblicata dal Cardinale Gaspare di Carpegna, in que' tempi Vicario di Roma. I nomi degl' intervenienti alla Congregazione, e la risoluzione della medesima sono registrati da Gio: Battista Riganti sopra le Regole della Cancellaria Tom. 4. ad Regulam 53. ann. 22. usque ad fin. e la dichiarazione si ritrova stampata dal Padre Viva de Indulgentiis pag. 668. edit. Patavin. ann. 1715. ed anche indicata dal Padre Vanranst Opuscul. de Indulgentiis, & Jubilaeo quae. 7. num. 10. E Noi, aderendo all' ovvia intelligenza delle parole, saltem semel in die, alla comune opinione de' Dottori, ed alle precedenti risoluzioni, nella nostra Costituzione Peregrinantes, ci protestiamo d' aver inteso, doversi far la visita delle quattro Chiese in un giorno.

§. 12. La seconda controversia riguarda la misura del giorno, in cui, come si è detto, dee farsi la visita delle quattro Chiese. Alcuni hanno creduto doversi misurare il giorno dalla mezza notte precedente all' altra mezza notte del giorno susseguente, per esempio; dalla mezza notte del Giovedì sino

mediam noctem diei Veneris subsequentis. Altri porro crediderunt diem metiendum esse a Vespere diei praecedentis ad Vesperas diei subsequentis, exempli gratia, a Vespere diei Jovis usque ad alteras Vesperas diei Veneris subsequentis, quod idem est ac si dicatur, usque ad principium noctis, sive ad vigesimam quartam horam diei Veneris, quoniam Completorum orationum diei complementum est.

§. 13. Haec controversia per occasionem Anni Sancti a Clemente X. celebrati examinata, at non decisa fuit, quemadmodum Phoebeus de Anno Jubilaei part. 2. ca. 15. pag. 241. testatur. Iterum postea per Annum Sanctum ab Innocentio XII. indictum novo examini commissa est. Rigantius loco citato ei adhæsit opinioni, quod dies illi a primis Vespere usque ad Vesperas diei sequentis computari deberent. Nec omisit validissimas pro fuo assumpto rationes afferre; illud valde ad rem animadvertens, quod Porta Sanctæ in pervigilio Nativitatis Domini Nostri ante Vesperas aperiantur, & in subsequenti altero Nativitatis Domini Pervigilio post Vesperas, idest prope occasum Solis clauduntur. Huiusmodi rationes tam ab aliquibus, qui in Congregatione interfuerunt, quam ab aliis, quorum sententias Congregatio ipsa requisivit, & laudate, & recepte fuerunt. Alii vero partim ex Congregatione, partim etiam ex iis, qui ab eadem Congregatione consulti sunt, in eam sententiam iverunt, quod dies ab una ad alteram mediam noctem metiendus esset. Haec autem sententia vicit, ut apud ipsum Rigantius videre est; & in citata Cardinalis de Carpineo Vicarii Notificatione declaratum fuit, diem ab una ad alteram mediam noctem incipere, & desinere intelligi debere. Nos vero, ut Fideles per imminente Annum Sanctum visitationem quatuor Basilicarum facilius adimplere possint, omnem in Constitutione nostra disputationem de medio fastidimus, declarantes, quod visitatio quatuor Basilicarum vel uno, vel altero modo fieri possit; videlicet aut ab una ad alteram mediam noctem, aut a Vespere diei praecedentis usque ad subsequentis diei vespertina crepuscula.

§. 14. Postremo vero in citata Constitutione Peregrinantes decernitur, quod ii, qui iter Romam versus susceperunt, vel qui cum ad ipsam pervenerint, non possunt vel complere, vel incipere visitationem Basilicarum, sive morte praeventi, sive alia legitima causa impediti, gaudent fructu Indulgentiae, dummodo poenitentes sint, Confessionem fecerint, & Sanctam Eucharistiam receperint: Eisdem vero poenitentibus, & Confessis, ac Sacra Communionis receptis, praedicta Indulgentia, & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a Nobis praescriptis re ipsa visitassent.

§. 15. Pontifex Bonifacius VIII. in sua pluries a Nobis citata Decretali Antiquorum, in qua Annum Sanctum indicit, praedictam declarationem Advenarum, seu Peregrinorum comprehensivam non inseruit; orta proinde controversia fuit: num ipsi in praedictis circumstantiis Indulgentias consequuti essent? Quapropter ipse Pontifex verbalem in Consistorio Declarationem in favorem Advenarum facere necessarium duxit, quemadmodum Glossator Decretalis: Antiquorum, vers. sed quæro: aliquis vere poenitens, & confessus, inter Extravagantes Communes, restatur. Altera deinde fuit Quæstio excitata: num, sine praedicta declaratione, illi, qui ad proficiscendum Romam parati, sive ad eandem iter ingressi erant, quive cum Romam pervenissent, praescriptam tamen Basilicarum visitationem aut inciperent, aut complere non potuissent, dummodo peccatorum suorum poenitentes, & confessi forent, Jubilaei Indulgentias consequerentur? Nec defuit, qui ejus esset opinionis, quod eam consequerentur. Mellioris tamen notæ, ac fama Doctores in contraria sententia fuerunt, ea ducti ratione, quod ad consecutionem Indulgentiae non sua voluntas satis sit, sed necessario effectus requiratur. Ita differit Felinus in suo de Indulgentiis Tractatu inter Tractatus Magnos cit. tom. 14. pag. 159. a tergo num. 36. Hoc idem assumptum variis argumentis probavit etiam supra citatus Joannes Baptista Pauliani lib. 3. de Jubilaeo cap. 5. Similis Controversia a S. Thoma Quodlibet. 2. art. 6. pertractatur, ubi Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

fino alla mezza notte del Venerdì susseguente. Altri poi hanno creduto doversi il giorno misurare dai Vespri del giorno precedente ai Vespri del giorno susseguente, per esempio, dai Vespri del Giovedì sino agli altri Vespri del Venerdì susseguente, che è lo stesso, che dire sino al principio della notte, o sia alle ventiquattrore del Venerdì, giacchè la Compieta è il compimento delle orazioni del giorno.

§. 13. Fu esaminata questa controversia nell' occasione dell' Anno Santo celebrato dal Pontefice Clemente X. e non fu risolta, come attesta il Febbi de Anno Jubilaei par. 2. cap. 15. pag. 241. Fu sottoposta a novo esame nell' occasione dell' Anno Santo intimato da Innocenzo XII. Il Riganti nel luogo citato aderì all' opinione, che il giorno dovesse computarsi dai primi Vespri sino ai Vespri del giorno seguente. Non mancò di portare validissime ragioni per suo assunto, riflettendo molto a proposito, che le Porte Sante si aprono nella Vigilia della Natività di Nostro Signore avanti i Vespri, e si chiudono nella susseguente Vigilia della Natività del Signore dopo i primi Vespri, cioè vicino al tramontare del Sole. Furono queste ragioni pregiate, ed abbracciate da alcuni, che intervennero alla Congregazione, e da altri, i sentimenti de' quali furono dalla stessa Congregazione richiesti. Altri poi della Congregazione, ed anche de' consultati dalla stessa Congregazione, seguitarono la sentenza, che il giorno dovesse misurarsi da una mezza notte all' altra mezza notte. Prevalse questa opinione, come può vedersi nello stesso Riganti, e nella citata Notificatione del Cardinale di Carpegna Vicario, fu dichiarato, che il giorno debba intendersi cominciare e finire da una mezza notte all' altra. Ma Noi, acciò possiano i Fedeli più facilmente adempire la visita delle quattro Basiliche nell' imminente Anno Santo, abbiamo nella nostra Costituzione tolta di mezzo ogni disputa, dichiarando, che la visita delle quattro Basiliche possa farsi o nell' una, o nell' altra maniera, cioè o da una mezza notte all' altra mezza notte, o dai Vespri del giorno precedente sino a vespertini crepuscoli del giorno susseguente.

§. 14. Finalmente nella citata Costituzione Peregrinantes viene stabilito, che quelli, che hanno intrapreso il viaggio per Roma, o che arrivati a Roma non possono o compire, o incominciare la visita delle Basiliche, prevenuti dalla morte, o impediti per altra legitima causa, godano il frutto dell' Indulgenza, purché siano poenitenti, abbiano fatta la Confessione, ed abbiano ricevuta la santa Eucaristia. Eisdem vero poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionis receptis, praedicta Indulgentia, & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas Basilicas diebus a Nobis praescriptis re ipsa visitassent.

§. 15. Il Pontefice Bonifacio VIII. nella più volte citata sua Decretale Antiquorum, in cui intima l' Anno Santo, non inserì la predetta dichiarazione comprensiva de' Forestieri, o siano Pellegrini; e però nacque la controversia, se essi nelle dette circostanze avessero conseguita l' Indulgenza; per lo che esso fu necessitato a fare una verbale dichiarazione in Consistorio favorevole ai Forestieri, come attesta il Chiofatore della Decretale Antiquorum, vers. sed quæro: aliquis vere poenitens, & confessus, fra l' Extravaganti Comuni. Ecceffo di poi la questione, se, senza la detta dichiarazione, quelli, che disposti a venire a Roma, ed avendo anche intrapreso il viaggio, o pure giunti a Roma, non avendo potuto o incominciare, o finire la visita prescritta delle Basiliche, purché fossero poeniti delle loro colpe, e si fossero confessati, conseguissero l' Indulgenza del Giubbileo? Ne mancò chi opinasse, che la conseguivano. I più accreditati furono di sentimento contrario; non conseguendosi l' Indulgenza per la sola volontà, ma essendo necessario l' effetto. Così discorre il Felino nel suo Trattato de Indulgentiis, inter Tractatus Magnos citat. tom. 14. pag. 159. a tergo num. 36. Il sopracitato ancora Giovanni Battista Paulini lib. 3. de Jubilaeo cap. 5. provò questo stesso assunto con varj argomenti. Una simile controversia si tratta da S. Tommaso Quodlibet. 2. art. 6. ove cerca, se chi aveva presa la Croce per portarsi alla ricupera di Terra Santa, per la quale insigne azione conseguiva l' Indulgenza plenaria, la conseguisse, se

De' die, in quo fieri debent visitationes quatuor Basilicarum.

Del giorno, in cui debbono visitarsi le quattro Basiliche.

ANNO hanc questionem proponit: utrum scilicet is, qui Crucē sumpta, profecturus ad recuperationem Terræ Sanctæ, pro qua insigni actione Indulgentiam consequatur Plenariam; consequeretur eam, si in statu veræ penitentis constitutus, morte præoccuparetur, antequam itineri se committeret; Sanctus vero Doctor controversiam eandem solvit dicendo: opus esse, verba Textus concessionis Indulgentiæ rite observare; quoniam, si in Textu dicitur, quod Indulgentia conceditur fumentibus Crucem; Crucesignatus statim acquirit Indulgentiam, eiusque particeps fit, si moritur, antequam itineri se commiserit; verum si in Textu Concessionis Indulgentiæ, ipsa conceditur illis, qui mare transierint; Crucesignatus, qui mortem ante obit, quam mare transeat, Indulgentiam non consequitur.

§. 16. Pontifex Clemens VI. qui ille fuit, a quo Jubilæi Annus a centesimo quoque Anno per Bonifacium VIII. præfixo ad quinquagesimum reductus fuit, in Decretali sua: *Unigenitus: De Penitentia, & Remissionibus inter Extravagantes Communes*, primus omnium supradictam Declarationem in Peregrinorum, atque Advenarum favorem scripto mandavit, & in sua Decretali registravit, atque in eandem inseruit; quæ circa celebris Jurisconsultus Johannes de Anania Archidiaconus Bononiensis in suo de Jubilæo Tractatu sub Rubrica de *Sortilegiis*, postquam quatuordecim Dubia ad Jubilæi materiam spectantia examinanda proposuit, *item*, 9. hoc quod sequitur, reponit: *Dubitatur de illo, qui vivit usque ad mediam viam, & non potuit ulterius ire; vel illo, qui non implet numerum dierum*. Huic autem dubio ita respondet: *Ista tolluntur in Bulla præcedenti, quæ est Clementis VI. superius ab ipso commemorata. Eadem Declaratio invenitur in Constitutionibus, & indictionibus Anni Jubilæi, Pontificum, qui successerunt. Nos etiam ad omnes controversias tollendas, exemplo eorum libenter adhaeremus, & eam propterea in Constitutione nostra Peregrinantium inserimus: Illud tamen animadvertendum, quod hæc Declaratio Advenas tantummodo comprehendit, nec ad Romanos, aut Romæ incolæ extenditur, quemadmodum bene etiam a Bononiensi de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 10. fuit observatum; Quum Romanis, aut Romæ incolis, visitationes Basilicarum facere non valentibus, sive impeditis, alia quadam ratione, ut alibi ostenditur, provi-*

essendo inistato di vera penitentia, morisse prima d' intraprendere il viaggio: Ed il Santo la risolve dicendo: che è d' uopo ben osservare il Testo della concessione dell' Indulgenza; perchè se nel Testo si dice, che l' Indulgenza si concede a chi prende la Croce, il Croce-signato subito acquista l' Indulgenza, e n' e partecipe, se muore anche prima d' essersi posto in viaggio, ma se nel Testo della concessione dell' Indulgenza, essa si concede a quelli, che passeranno il mare, il Croce-signato, che muore prima di passare il mare, non conseguisce l' Indulgenza.

§. 16. Il Pontefice Clemente VI. che fu quello, che ridusse il Giubileo dai cento anni prefissi da Bonifazio VIII. ai cinquanta, nella sua Decretale *Unigenitus*, sotto il Titolo de *Penitentia*, & *Remissionibus* fra l' *Extravaganti comuni*, fu il primo, che pose in carta, e registrò nella Decretale suddetta la dichiarazione favorevole ai Pellegrini o Forestieri, avendola inserita nella sopraddetta sua Decretale; e però il celebre Giuriconsulto Giovanni di Anania Archidiacono di Bologna nel suo Trattato de *Jubilæo*, sotto la Rubrica de *Sortilegiis*, dopo aver proposto quattordici dubbj, da esaminarsi spettanti alla materia del Giubileo, nel n. 9. ripone il seguente: *Dubitatur de illo: qui vivit usque ad mediam viam, & non potuit ulterius ire; de illo, qui non implet numerum dierum*; ed a questo dubbio risponde così: *Ista tolluntur in Bulla præcedenti, che è quella di Clemente VI. di sopra da esso commemorata. Ritrovasi nella Costituzione, ed intimazioni degli Anni Santi de Pontefici Successori la stessa dichiarazione. E noi per levare tutte le controversie abbiamo ben volentieri aderito al loro esemplo, avendola inserita nella nostra Costituzione Peregrinantes; coll' avvertenza però, che quella dichiarazione comprende unicamente i Forestieri, e non s' estende ai Romani, o agli abitanti di Roma, come anche fu ben osservato dal Benzonio de Anno Jubilæi lib. 5. dub. 10. provendendosi ai Romani, ed abitanti in Roma, impediti, ed impotentia a far le visite delle Basiliche, in altra maniera, come altrove vedrassi.*

I I.

De Constitutione, que incipit: Cum Nos nuper, signata die 17. Maji 1749.

De suspensione Indulgentiarum durante Anno Sancto.

IN primis quinque Jubilæis alias Indulgentias, aut etiam facultates absolvendi a casibus reservatis, suspensiones fuisse minime legitur; & omnium primus, qui per occasionem Anni Sancti prædictam suspensionem faceret, fuit Pontifex Sixtus IV. sicut in ejus Decretali; *Quemadmodum*, sub titulo: *De penitentia & remissionibus*, in Extravagantibus Communibus videre est; atque id ea maxime de causa, ut Fideles Romam ad consequendam Plenariam Indulgentiam, quam ipse per Annum Sanctum eisdem offerrebat, invitaret; cujus nostra exemplo, qui successerunt, Pontifices sese conformarunt. Quidam ex his suspensionem Indulgentiarum, & Facultatum in eadem Bulla, qua Jubilæum Anni Sancti indicabant, inferuerunt. Ita fecit Sixtus IV. Alexander VI. præstitit idem, sed per separatam Constitutionem. Sixtus IV. exemplum in omnibus secuti sunt tum Clemens VII. tum Julius III. ut ex Jubilæi Bullis apparet. At Gregorius XIII. ille fuit, qui suspensionem per Bullam a Jubilæi Bulla separatam restituit, quemadmodum ab Alexandro VI. factum fuerat, atque eo postea modo deinceps continuatum est. Sairo, Valentia, Salas a P. Baldello tom. 1. *Theolog. Moral. lib. 5. de lege disp. 16. num. 8.* nominati, & probati, prædictam suspensionem superfluum esse dixerunt, cum illa Sixti IV. in Jure Canonico jam inserta esset, sicuti nuper dictum est. Probe Nos scimus, non solum illis Decretalibus honorem habendum esse, quæ in Collectionibus jussu Gregorii IX. Bonifacii VIII. & Clementis V. factis, insertæ sunt, ve-

NE primis cinque Giubbilei non si legge, che fossero sospese le altre Indulgenze, nè tampoco le altre facultà d' assolvere da' casi riservati, ed il primo, che facesse la detta sospensione per l' occasione dell' Anno Santo, fu il Pontefice Sisto IV. come si vede nella sua Decretale: *Quemadmodum* sotto il titolo de *penitentia & remissionibus* nell' Extravaganti comuni, per invitare i Fedeli a venire a Roma, e conseguire la Plenaria Indulgenza, che esso nell' Anno Santo lor offeriva; al di cui esemplo aderirono gli altri suoi Successori. Alcuni inserirono la sospensione delle Indulgenze e facultà nella stessa Bulla, in cui indicavano il Giubileo dell' Anno Santo. Così praticò Sisto IV.; Alessandro VI. fece lo stesso, ma per Costituzione separata. L' esemplo di Sisto IV. in tutto e per tutto fu seguito da Clemente VI. e da Giulio III. come apparisce dalle Bolle de' Giubbilei. E Gregorio XIII. fu quello, che rimise in piedi la sospensione in Bulla separata da quella del Giubileo, come aveva fatto Alessandro VI. e così poi si è proseguito in avvenire. Il Sairo, il Valenza, il Salas nominati, e seguitati dal Padre Baldello tom. 1. *Theolog. Moral. lib. 5. de Lege disp. 16. num. 8.* dissero, esser superflua la detta sospensione, essendo già inserita nel Diritto Canonico quella di Sisto IV. come poc' anzi si è detto. Noi ben sappiamo doverli rispettare non solo quelle Decretali, che sono inserite nelle Collezioni fatte per ordine di Gregorio IX. e di Bonifazio VIII. e di Clemente V. ma ancora le altre, che si dicono Extravaganti com-

De suspensione Indulgentiarum durante Anno Sancto.

I I.

Della Costituzione, che incomincia: Cum Nos nuper, signata ai 17. di Maggio 1749.

ANNO JUBILEI

verum & aliis, quæ dicuntur Extravagantes Communes, inter quæ sixti IV., quam indicavimus, reperitur; quia licet harum collectio auctoritate privata facta fuerit; solum nihilominus, a quo profuunt & originem ducunt, idem est ac omnium aliarum: cum tam illæ, quam hæc ab eadem Apostolica Sede derivatæ sint; quemadmodum etiam Venerabilis Frater vivens Episcopus Felternis in eximio suo Opere *Institution. Juris Canonici cap. 59. num. 8.* novissime in lucem edito valde apposite animadvertit; verum considerantes Nos, non esse saltem rationi incongruum dubitare, num suspensio Indulgentiarum, & Facultatum a Sixto IV. facta, revocata sit; hinc orta necessitas est novæ suspensionis Indulgentiarum, & Facultatum, quæ fit, quando Annus Jubilæi indicitur.

§. 18. Suspendio Indulgentiarum, & Facultatum a Sixto IV. facta hisce, quæ sequuntur, verbis concepta fuit; *Usque ad nostrum, & ejusdem Sedis beneplacitum suspendimus, illasque durante beneplacito nostro, & Sedis prædictæ, suspenso esse volumus, nec interim alicui suffragari: quid quid autem cum clausula ad beneplacitum Sedis Apostolicæ stabilitur, durat etiam post Pontificis mortem, qui id stabilivit; cum id, quod stabilitum est, non cesset, nisi revocetur a Successore: si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur: tunc enim, quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi a Successore fuerit revocata: quod quidem non contingit, tum cum actus sit a Pontifice usque ad sua voluntatis beneplacitum, quia concessio cessat cum morte concedentis; si gratiose tibi a Romano Pontifice concedatur, ut beneficia, quæ tempore tue promotionis obtinebas, posses usque ad sua voluntatis beneplacitum retinere, hujusmodi gratia per ejus obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipso expirat; verba sunt Pontificis Bonifacii VIII. in cap. Si gratiose, de rescriptis in sexto.*

§. 19. Navarrus in suis Consiliis lib. 5. de penitentia, & remissionibus consil. 17. hanc se materiam accurate tractasse dicit: quod verum est, cum ipse in suo de Jubilæo & Indulgentiis Tractatu Notabile 28. n. 27. & 28. ac Notabil. 33. n. 7. de eadem fuisse disseruit. Ibi post ponderatam vim clausulæ ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, Sixti IV. mortem certam esse dicit, illud tamen ignorari an ipse antequam supremum diem obiret, suspensionem revocaverit, aut ex illius Successoribus quispiam id fecerit; quapropter ei se opinioni adhaerentem, & additum ostendit, quod suspensio Sixti etiam tunc duraret. Vivebat Navarrus tempore Gregorii XIII. cumque animadvertisset, Pontificem hunc in suspensione Indulgentiarum Anni Sancti clausulam ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum adhibere, agit de hac re cum officialibus Curie Romanæ, qui ei responderunt, Pontificem Sixtum nunquam generalem suspensionis revocationem fecisse, neque ex eo inductam revocationem existimari posse, quod Annus Sanctus elapsus esset, verum credibile esse, eundem Sixtum, exacto Anno Sancto, particularem revocationem suspensionis quarundam Indulgentiarum fecisse, ut aliquorum Fidelium precibus obsecraret, adjunxeruntque, quod etiam Pontifex Gregorius XIII. eandem rationem retenturus erat: hoc vero totum, quod a Navarro dicitur, a Benzonio etiam de Anno Jubilæi lib. 4. cap. 8. dub. 6., & a P. Theodoro tom. 1. de Indulg. cap. 13. art. 5. confirmatur.

§. 20. Verum si quis ita dixisset, aut diceret; verum quidem esse, Pontificis determinationes per formulam ad nostrum, & Apostolicæ Sedis beneplacitum conceptas, morte Pontificis, qui eas fecit, non cessare, sed revocationem alicujus ex Successoribus necessariam esse credibile etiam esse, Sixtum IV., completo Anno Sancto, revocationem suspensionis generalem, & expressam minime fecisse, verum tantummodo particularem: At eodem tempore subdidisset ac subderet, aliquas dari revocationes, ut scholæ loquuntur, *virtuales*, & expressis revocationibus æquipollentes, atque hæc in eo, de quo agitur, casu intervenisse; quoniam, non obstant suspensione Indulgentiarum per Annum Sanctum facta Summi Pontificibus non semper fuit, quod homines pii, ac religiosi suspensas, elapso Anno Sancto, hujusmodi Indulgentias prædicarunt, ac publicarunt, Bullar. Rom. Bened. XIII. Tom. III. li.

muni, fra le quali si ritrova l' indicata di Sisto IV. perchè sebbene la collazione di queste fu fatta con autorità privata, il fonte nulladimeno, da cui ebbe-ro la forgente, è lo stesso, che quello di tutte l' altre, essendo derivate e quelle e queste dalla stessa Apostolica Autorità come anche molto bene riflette il Venerabile Fratello vivente Vescovo di Feltrè nella sua bell' Opera *Institut. Juris Canonici cap. 59. num. 8.* ultimamente data alla stampa. Ma riflettendo Noi, poterli per lo meno ragionevolmente dubitare; se sia stata revocata la sospensione fatta dal Pontefice Sisto IV. delle Indulgenze e Facoltà; da ciò è derivata la necessità della nuova sospensione delle Indulgenze, e Facoltà, che si fa, quando s' indica l' Anno Santo.

§. 18. La sospensione delle Indulgenze e Facoltà fatta da Sisto IV. fu conceputa colle seguenti parole: *usque ad nostrum, & ejusdem Sedis beneplacitum suspendimus, illasque durante beneplacito nostro, & Sedis prædictæ, suspenso esse volumus, nec interim alicui suffragari: e quanto viene stabilito colla clausola ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, dura anche dopo la morte del Papa, che ha stabilito, non cessando lo stabilito, se non è revocato dal Successore: si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur; tunc enim, quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi a Successore fuerit revocata: il che non succede allora, che l'atto si fa dal Pontefice usque ad sua voluntatis beneplacitum, perchè, la concessione cessa colla morte del concedente: Si gratiose tibi a Romano Pontifice concedatur, ut beneficia, quæ tempore tue promotionis obtinebas, posses usque ad sua voluntatis beneplacitum retinere; hujusmodi gratia per ejus obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipso expirat; sono parole del Pontefice Bonifacio VIII. in c. Si gratiose, de rescriptis in sexto.*

§. 19. Il Navarro ne' suoi Consigli lib. 5. de penitentia & remissionibus consil. 17. dice d' aver trattata con accuratezza questa materia, ed è vero, avendone ampiamente discorso nel suo Trattato de Jubilæo, & Indulgentiis Notabil. 28. n. 27. & 28. ac Notabil. 33. nu. 7. Ivi, dopo aver ponderata l' importanza della clausola ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, dice esser certa la morte di Sisto IV., ma non saperli, se esso prima di morire, rivoche la sospensione, o pure se qualche altro di lui Successore ciò facesse; per lo che si mostrò parziale e seguace dell' opinione, che la sospensione di Sisto ancor durasse. Viveva il Navarro ne' tempi di Gregorio XIII., ed avendo osservato, che questo Pontefice nella sospensione delle Indulgenze dell' Anno Santo si servi della clausola ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, ne parlò cogli Officiali della Curia Romana, che gli risposero, non aver mai il Pontefice Sisto fatta revoca generale della sospensione, nè poterli pretendere, essere stata indotta la revoca per esser passato l' Anno; ma poterli credere, che lo stesso Sisto facesse, passato l' Anno Santo, una revoca particolare della sospensione d' alcune Indulgenze, per aderire alle preci d' alcuni Fedeli; ed aggiunsero, che anche il Pontefice Gregorio VIII. era per regolarli nella stessa maniera: e quanto vien asserito dal Navarro, resta anche confermato dal Benzone de Anno Jubilæi lib. 4. cap. 8. dub. 6. e dal P. Teodoro tom. 1. de Indulgentiis cap. 13. art. 5.

§. 20. Ma se taluno avesse detto, o dicesse, esser vero, non cessare le Pontificie determinazioni concepute colle parole ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, per la morte del Pontefice, che le ha fatte; ed esser necessaria la revoca di qualche di lui Successore; poterli anche credere, che Sisto IV. passato l' Anno Santo, non facesse revoca espresa e generale della sospensione, ma ne facesse una particolare confermando alcune Indulgenze sospese; Ma nello stesso tempo avesse soggiunto, o soggiungesse, darsi alcune revocche, come parlano le scuole, *virtuales*, ed equipollenti alle revocche espresse, ed esser queste intervenute nel caso, di cui si tratta, giacchè, non ostante la sospensione fatta dell' Indulgenze nell' Anno Santo, si è mai sempre dai Sommi Pontefici saputo, che uomini pii e Religiosi, passato l' Anno Santo hanno predicate e pub-

ANNO JUBILEI

libris suis inferuerunt, ac super eisdem fufe scripserunt, quin unquam Sancta Sedes contra aliquem ex predictis adibus quidquam egerit, aut statuerit, licet apocryphas interim Indulgentias prohibere, & variis etiam Decretis, quae revocata forent, nominatim declarare, quoties occasio hoc tulit, non praetermiserit; procul dubio & Navarrum, & quemcumque alium, qui se ejus opinionis affectum fecisset, aut faceret, ad incitas, quod ajunt, atque angustias redegerit.

§. 21. Non nostra haec, sed Castro Palai in suis Operibus Moralibus part. 4. tract. 25. disput. unic. punct. 12. §. 2. num. 12. & 13. animadversio est. Et quando ex hujusmodi animadversione aliud nihil deduci possit, vel deducatur, nisi saltem materiam dubiam esse; haec tam Praedecessoribus nostris, quam Nobis sufficiens causa esse potuit, cur, non obstante suspensione a Sixto IV. in Jure Canonico, ut dictum est, inserta, novam suspensionem Indulgentiarum, & Facultatum per occasionem Anni Sancti faceremus. In Constitutione nostra: Cum Nos nuper, de qua in praesens agimus, usi non sumus clausula Ad nostrum, & Sedis Apostolicae benedictionem, verum alia hac Apostolica auctoritate &c. suspendimus &c. easque eodem Anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere &c. Hanc autem clausulam adhibuimus, tum quia Clemens VIII. in suspensione Indulgentiarum, & Facultatum per Annum Sanctum eandem adhibuit, atque ejus exemplo omnes alii Successores, quorum temporibus celebrati sunt Anni Sancti, sese conformarunt; tum quia per ipsam difficultas alias excitata de medio tollitur, num videlicet post Annum Sanctum suspensio Indulgentiarum perduret, necne, quemadmodum valde apposite Latorius. de Jubileo & Indulg. par. 1. cap. 10. n. 13., & Quarti in suo Tractatu de Jubileo punct. 1. de suspensione Indulgentiarum dub. 7. adnotarunt.

§. 22. Qui aliquem, etsi mediocre, in Moralibus Auctoribus usum haber, multas procul dubio quaestiones non ignorabit, quae ad ipsas excitantur circa Indulgentias, promotorum, quae per Annum Sanctum suspenduntur. Ad eas Nos removendas, generalem in Constitutione nostra suspensionem fecimus. Sed primum, quemadmodum in ipsa legere est, aliquot a generali revocatione Indulgentias subtraximus, quas expressius etiam, & nominativus; ex quo per se consequitur, illas quae nominatim praeservatae non sunt, intelligi debere suspensas Magna erat controversia, num sub suspensione sola Plenariae Indulgentiae comprehenderentur, an vero ipsa ad non Plenarias, & partiales extenderetur. Navarrus de Jub. & Indulg. notabili 33. num. 26. Benzonius de Jub. lib. 4. cap. 8. dub. 2. Latorius de Jub. par. 1. cap. 10. num. 3. & 4. Viva de Jub. praesertim Anni Sancti qu. 4. art. 1. solas plenarias suspensas remanere scripserunt. Alii vero in ea erant opinione, quod tam plenariae quam non plenariae, sive partiales, suspensae remanerent. Ita scripserunt Vanranit, in Opuscul. Histor. Theolog. de Indulg. & Jubileo quest. 5. Quarti in Tractatu de Jubileo cap. 3. punct. 1. Pignatelli in Tractatu de Anno Sancto cap. 13. dub. 10. Difficultas ex diversitate formularum in suspensionibus adhibitarum oriebatur, cum in aliquibus ea, quae sequuntur, verba legerentur: Omnes & singulas Indulgentias plenarias; in aliis vero omnes & singulas Indulgentias. Quidam ita reputabant, quod etiam in formulis suspensivis Indulgentiae non plenariae minime nominarentur, nihilominus credendum esset, easdem comprehensas esse ex eo, quod quidam Pontifices, Anno Sancto vertente, concesserant, ut partiales aliquot Indulgentiae restituerentur, ac publicarentur; non fecissent, nisi prius mens illis fuisset easdem sub suspensione comprehendere. Ita PP. Constantinus in suo Tractatu de Jubileo Anni Sancti par. 3. cap. 7. & Theodorus de Indulg. tom. 1. cap. 13. art. 5. qu. 2. scripserunt. Nos, ut omnino quaestio removeretur, postquam Indulgentias, quas non revocamus, expressimus; ita subdimus: Ceteras omnes, & singulas Indulgentias tam plenarias, quam non plenarias &c. suspendimus, & suspensas esse declaramus &c.

publicate le Indulgenze sospese, le hanno inserite ne' loro Libri, e sopra esse hanno scritto diffusamente, senz'aver mai la Sede Apostolica fatto passo contra veruno degli altri predetti, ancorche non abbia tralasciato di proibire le Indulgenze apocriche, ed anche individuarle con varj decreti le rivotate, ed anche volta che è venuta l'occasione di farlo; avrebbe senza dubio posto, come fuol dirsi, alle strette il Navarro, e porrebbe ancora alle strette chiunque si fosse dato, o si desse per seguace della di lui opinione.

§. 21. La riflessione non è Nostra, ma del Castro Palao nelle sue Opere Morali par. 4. tract. 24. disp. unic. punct. 12. §. 2. n. 12. & 13. E quando dalla predetta riflessione altro non si possa dedurre, o si deduca, se non che per lo meno la materia è dubbia; ciò è potuto bastare a i nostri Praedecessori, ed è bastato a Noi, per fare una nuova sospensione delle Indulgenze, e Facoltà nell'occasione del Giubbileo dell'Anno Santo, non ostante la sospensione di Sixto IV. inferita, come si è detto, nel Diritto Canonico. Nella nostra Costituzione; Cum Nos nuper della quale presentemente parliamo, non ci siamo serviti della clausola ad nostrum, & Sedis Apostolicae benedictionem, ma di quest'altra, Apostolica auctoritate &c. suspendimus &c. easque eodem Anno durante, nulli prodesse, aut suffragari debere &c. Abbiamo adoperata questa clausola, sì perchè Clemente VIII. nella sospensione delle Indulgenze, e Facoltà nell'Anno Santo, se ne prevalse, ed al di lui esempio hanno aderito tutti gli altri suoi Successori, ne' tempi de' quali si sono celebrati gli Anni Santi; sì perchè con essa si leva di mezzo la difficoltà altra volta promossa, se dopo l'anno Santo duri, o non duri la sospensione delle Indulgenze, come osservano molto a proposito il Laviorio de Jubileo & Indulgentiis, par. 1. cap. 10. n. 13. ed il Quarti nel suo Trattato del Giubbileo punto primo della sospensione delle Indulgenze dub. 7.

§. 22. Chi ha qualche, benchè mediocre, pratica degli Autori Morali, farà senza dubbio informato delle molte questioni, che da essi si promovono in ordine all'Indulgenze, che si suspendono nell'Anno Santo. Noi per levarle, nella nostra Costituzione abbiamo fatta una sospensione generale. Ma prima, come può leggerli in essa, abbiamo sottratte dalla revoca generale alcune Indulgenze, che abbiamo ancora espresse e nominative: il che porta seco la conseguenza, che quelle, che non sono nominatamente praeservate, debbonsi intendere sospese. Grande era la controversia, se sotto la sospensione comprendevansi le sole Indulgenze plenarie, o pure se essa si estendeva anche alle non plenarie, e partziali. Il Navarro de Jubileo, & Indulgentiis notabili 33. num. 26. il Benzoni de Jubileo lib. 4. cap. 8. dub. 2. il Laviorio de Jubileo par. 1. cap. 10. n. 3. & 4. il Viva de Jubileo praesertim Anni Sancti qu. 4. art. 1. scripsero, che restavano sospese le sole plenarie. Altri però erano d'opinione, che restassero sospese le plenarie, e non plenarie, o siano partziali. Così scripsero il Vanranit in Opuscul. Histor. Theologic. de Indulgentiis, & Jubileo quest. 5. il Quarti nel Trattato del Giubbileo cap. 3. punto 1. il Pignatelli nel Trattato dell'Anno Santo cap. 13. dub. 10. Nasceva la difficoltà dalle varie formole adoperate nelle suspensioni; leggendosi in alcune le seguenti parole: Omnes, & singulas Indulgentias plenarias; in altre, omnes & singulas Indulgentias. Risolvevano alcuni, che ancorche nelle formole sospensive non fossero nominate le Indulgenze non plenarie, dovevasi ciò non ostante credere, che fossero comprese, avendocuni Pontifici, durante l'Anno Santo, conceduto, che alcune partziali Indulgenze fossero rimesse, ed i pubblicassero; il che non avrebbero fatto, se non avessero avuta per l'avanti l'intenzione di comprendere sotto la sospensione. Così scripsero i PP. Constantini nel suo Trattato del Giubbileo dell'Anno Santo par. 3. cap. 7., e Teodoro de Indulgentiis tom. 1. cap. 13. art. 5. quest. 2. Noi per torre ogni questione, dopo aver espresse le Indulgenze, che non rivotchiamo, soggiungiamo così: Ceteras omnes, & singulas Indulgentias tam plenarias, quam non plenarias, &c. suspendimus, & suspensas esse declaramus, &c.

D. Indulgentiis non suspensis per proximum Annum Sanctum.

§. 23. Nihil ab ipsa materia propostia digredientes eas Nos Indulgentias a revocatione excepisse ac subtraxisse dicemus, quae per Defunctorum Animabus illas recte conceduntur. Reliqua erat controversia circa Indulgentias, quas vivi consequi possunt, cum facultate per modum suffragii Defunctis applicandi. Quarti in Tractatu de Jubileo cap. 3. punct. 1. pag. 198. & Pignatelli in suo Tractatu de Anno Sancto, cap. 13. dub. 20. ejus opinionis fuerunt, quod praedictae Indulgentiae sub revocatione minime comprehenderentur. Pro contraria autem sententia steterunt Viva de Jub. quest. 4. art. 4. Vanranit in Opuscul. Hist. Theol. de Indulg. & Jubileo quest. 5. num. 9., & Constantinus in Tractatu de Jubileo par. 3. cap. 7. pag. 244. Neque inficias iri potest, hanc magis plausibilem sententiam fuisse, & per multos etiam Annos Sanctos in praxi receptam. Abbas olim Michael Angelus Riccius, qui Congregationis Indulgentiarum primum a Secretis fuit, deinde vero inter Cardinales cooptatus, in Congregationibus, quae habitae fuerunt tempore Anni Sancti a Clemente X. celebrati, in quibus examinatae, at non admittae fuerunt quarundam piarum personarum preces, quibus instanter petebant, ut decernerentur, in generalis suspensione Indulgentiarum illas comprehendere, quae conceduntur vivis cum facultate Defunctis applicandi, multum se illi opinioni addictum ostendit, quae praedictas Indulgentias contendit per Annum Sanctum suspensas esse, & sub revocatione, seu generali suspensione contineri. Illi etiam sententiae haec ratio favebat, quod in Indulgentiis, quae conceduntur Vivis cum facultate eas per modum suffragii Defunctis applicandi, datae res considerari possunt; altera, quae principalis est, & quae respicit Vivos; altera, quae est accessoria, & quae respicit Mortuos; & cum sub revocatione comprehendatur pars principalis, non videtur, exemptam esse posse partem accessoriam.

§. 24. Ut praecedentes Notificationes in ceteris Anni Sanctis publicatas missas faciamus; in illa a Cardinali de Carpineo Urbis Vicario per Annum Jubilei 1675. jussu Pontificis Clementis X. publicata ita legitur: Non intelligantur suspensae Indulgentiae Altarium privilegiorum pro Defunctis, neque aliae concessae eodem modo pro Defunctis, ut eas possint concedere Animabus Purgatorii per modum suffragii. Similes fuerunt Notificationes, quae per Annum Sanctum tempore Innocentii XII. celebratum publicatae fuerunt. Et Pontifex Benedictus XIII. in sua Notificatione, quae die 10. Jan. 1725. publicata est eisdem pariter sententiae, ac normae sese conformavit. Verum cum Pontifex illius Benedicti Benefactoris Nostri praecipua pietate praediti, mirificus erga Purgatorii animas esset devotionis sensus, quemadmodum ex sermonibus super Purgatorio ab ipso Tybis editis clarum fit; sub die 18. Februarii ejusdem Anni aliam Notificationem publicavit, quam in Historia Annorum Jubilai ab Alfano pag. 564. in lucem edita videre est, ac deinde sub die xxviii. Aprilis ejusdem pariter Anni Breve expedivit quod a P. Theodoro in suo saepius citato de Indulgentiis Tractatu par. 1. pag. 375. impressum reperitur, in quo declaravit, Indulgentias Vivis concessas cum facultate Defunctis applicandi sub revocatione ab ipso per Annum Sanctum facta minime comprehendi, quo ad illam tamen dumtaxat partem, quae Animarum Defunctorum suffragium respicit. Et licet Regula sit, quod Indulgentiae Vivis concessae, per modum suffragii Mortuis applicari non possunt, nisi id in concessione exprimat; adiecit quod, Anno Sancto durante, ut Purgatorii Animae opportuni suffragiis nequaquam destituta remanerent, possent a Vivis Indulgentiae in ipsarum beneficium applicari, etiam in concessione facultas, ut eadem pro Defunctis applicari possent, expressa non esset. Quapropter, & Nos in Constitutione Nostra tanti Pontificis exemplum libenter secuti sumus.

De suspensione Facultatum durante Anno Sancto.

§. 25. In hac nostra Constitutione: Cum nos nuper, quemadmodum haecenus dictum est, durante Anno Sancto, non solum Indulgentias suspenduntur, verum omnes Facultates, & indultra abolvendi a Ca-

§. 23. Senza punto dipartirci dalla materia diremo, aver exceptuatae, e sottratte dalla revoca le Indulgenze concesse direttamente per le anime de' Defuncti. Restava la controversia in ordine a quelle, che possono i vivi conseguire, colla facultà d' applicarle per modo di suffragio a i Defonti. Il Quarti nel Trattato del Giubbileo cap. 3. punto 1. pag. 198., ed il Pignatelli nel suo Trattato dell'Anno Santo cap. 13. dub. 20. opinarono, che le sopradette Indulgenze non fossero comprese sotto la revoca. Furono di contrario sentimento il Viva de Jubileo quest. 4. art. 4. il Vanranit in Opuscul. Hist. Theolog. de Indulgentiis, & Jubileo quest. 5. num. 9., ed il Constantini nel Trattato del Giubbileo par. 3. cap. 7. pag. 244. Ne può negarsi, che questa non sia stata la sentenza più plausibile, ed anche in molti Anni Santi ricevuta in pratica. Il fu Abbate, poi Cardinale, Michel'Angelo Ricci Segretario della Congregazione delle Indulgenze, nel tempo dell'Anno Santo celebrato da Clemente X., nelle Congregazioni che si fecero, e nelle quali fu esaminata, e non esaudita l'istanza d'alcune persone devote, acciò fosse stabilito, che la generale sospensione delle Indulgenze non comprendesse quelle concesse a i vivi con facultà d' applicarle pe' defonti, si dimostrò molto attaccato all'opinione, che sostiene esser le predette Indulgenze sospese nell'Anno Santo, e comprese sotto la revoca, o sia generale sospensione. Assistè ancora ad essa la seguente ragione; che nelle Indulgenze, che si concedono a i vivi colla facultà d' applicarle pe' morti per modum suffragii, si possono considerare due cose; una, che è la principale, e che riguarda i vivi; l'altra che è accessoria, e che riguarda i morti, ed essendo compresa sotto la revoca la parte principale, non sembra poterne restar esente la parte accessoria.

§. 24. Tralasciando le precedenti Notificationi, pubblicate negli altri Anni Santi, si legge in quella pubblicata dal Cardinale di Carpegna Vicario di Roma l'Anno 1675. Anno del Giubbileo, d'ordine del Pontefice Clemente X.; Non intelligantur suspensae Indulgentiae Altarium privilegiorum pro Defunctis, neque aliae concessae eodem modo pro Defunctis, ut eas possint concedere Animabus Purgatorii per modum suffragii. Simili furono le Notificationi pubblicate nell'Anno Santo celebrato nel tempo d'Innocentio XII. Ed il Pontefice Benedetto XIII. camminò cogli stessi sentimenti nella sua Notificatione pubblicata ai 10. di Gennaio del 1725. Anno del Giubbileo. Ma essendo inadabile la divisione di quel pio, e devoto Pontefice Benedetto Nostro Benefattore verso le anime del Purgatorio, come ben si riconosce anche dai Sermoni sopra il Purgatorio dati da esso, alle stampe, sotto i 9. Febbrajo dell'anno stesso, pubblicò un'altra Notificatione, che può vedersi nella Storia degli Anni Santi data in luce dall'Alfani pag. 564., e successivamente sotto i 28. di Aprile dell'anno medesimo spedì un Breve, che si ritrova stampato del Padre Teodoro nel più volte citato suo Trattato de Indulgentiis, par. 1. pag. 375., in cui dichiarò, non esser comprese sotto la revoca da esso fatta nell'Anno Santo le Indulgenze concesse a i Vivi colla facultà d' applicarle ai Defonti, in quella parte però solamente, che riguarda il suffragio dell'Anime de' morti. E sebbene è regola, che le Indulgenze concesse a i Vivi, non possono applicarsi per modum suffragii a i Morti, se ciò non si esprime nella concessione; aggiunse, che durante l'Anno Santo, acciò le povere Anime del Purgatorio non restassero, senza gli opportuni suffragii, potessero dai Vivi applicarsi le Indulgenze a pro d'esse, ancorche nella concessione non fosse stata espressa la facultà di poterle applicare ai defonti. E noi nella nostra Costituzione ben volentieri abbiamo seguitato l'esempio d'un sì gran Pontefice.

§. 25. In questa nostra Costituzione: Cum nos nuper, non solo, come infino ad ora si è detto, Indulgentias suspenduntur, durante l'Anno Santo, le Indulgentias, ma ancora tutte le Facultates, e gl'Indulti d'Anno Sancto. ab-

ANNO JUBILEI. Della Indulgenze non sospese pel prossimo Anno Santo.

ANNO JURILIAI Casibus reservatis etiam in Bulla Canonica, secundum id, quod in §. *Cetera omnes* legitur. Quam regulam in suspensione Indulgentiarum tenuimus, eandem & in suspensione Facultatum, & Indulgentiarum servavimus; cum precipue Facultates & Indulta expresserimus quae sub revocatione minime comprehendendi intelleximus; unde sequitur, illa, quae excepta non sunt, comprehensa remanere. In generali Facultatum, & Indulgentiarum suspensione alio tempore dubitatum fuerat, num Facultates comprehenderentur, quae Praelatis Regularibus ratione proprii Officii ac muneris competunt, absolventi scilicet Regularum eorum subditos a casibus reservatis, & super aliquibus impedimentis dispensandi, quemadmodum apud P. Viva de *Jubilaeo* quest. 4. art. ult. §. 4. Constantinum de *Jubilaeo Anni Sancti* part. 3. cap. 7. pag. 250., & Pasqualium quest. 160. videre est. Nos, ad ambiguitatem omnem tollendam, inter facultates a suspensione exceptas, illas excepimus; Superiorum Ordinum Regularium, quae cumque ipsi in Regularibus pariter sibi subditos a Sede Apostolica praedicta tributa fuerunt.

§. 26. Verum cum Regulari non solum Indulti & Facultatibus gaudeant super suos subditos Regulares, sed quidam eorum contendunt, habere se Facultates & Indulta sibi a Sede Apostolica concessa, nec unquam revocata, absolventi a casibus eidem Sedi reservatis seculares personas, & Vota commutandi, aliaque varias res concedendi, quas hic commemorare minime opus est, alia gravis controversia in medio remanet, cum eadem Facultates sub suspensione Indulgentiarum, & Facultatum, quae per Annum Sanctum fit, comprehensae remaneant. In qua quidem controversia aliqui opinantur, Facultates obvolvendi a casibus reservatis, Vota commutandi, etiam collatas non sint intuitu, aut occasione Indulgentiarum, suspensas remanere. Quidam alii vero distinguunt inter Facultates obvolvendi collatas per occasionem, aut intuitu Indulgentiarum, & Facultates aliis de causis attributas; & primas, non autem secundas per Annum Sanctum suspensas remanere asserunt, quemadmodum apud Viva loc. cit., item apud Constantinum loco pariter citato pag. 246. & seqq. Varraniti cit. *Opuscul. de Indulgentiis* quest. 5. & apud alios complures videre est, quos hic nominare inutile foret.

§. 27. Qui primae adhaerent opinioni, quod videlicet Facultates, & Indulta sive intuitu & occasione Indulgentiarum, sive ob alias rationes concessa suspensa remaneant, argumentum desumunt ex amplo modo, quo suspensivae Bullae conceptae sunt; item ex eo, quod quaedam Facultates, & Indulta a generalitate suspensionum excipi solent; sicut videri potest apud Sorbum, & Rodriguez, quorum sententiae a Pasqualio cit. quest. 160. referuntur. Pro hujus autem sententiae comprobatione magnam habet vim Pontificis Julii III. factum, quod narratur; qui Pontifex, cum per Annum Jubilaei Facultatem absolventi a Casibus Sedi Apostolicae reservatis Confessariis illis, qui eam habebant, suspendisset; pro speciali gratia Patribus Societatis Jesu concessit ut per integrum verentis tunc Anni Sancti cursum gaudere possent Privilegio absolventi a casibus Summo Pontificis, & Apostolicae Sedi reservatis, quod ipse a Paulo III. non quidem intuitu, aut occasione Indulgentiarum, sed ob alias rationes elargitum fuerat. Ex quo sequitur, dicta Privilegia ab ipso Pontifice sub suspensione, quam per Annum Sanctum fecerat, comprehensa fuisse, factum ab Orlandino in Historia Societatis Jesu refertur, & Phoebe Traet. de *Anno Jubilaei* par. 2. cap. 10. pag. 162. Vittorelli in *Historia Jubil. Pontificae* par. 3. pag. 371. Alfani in *Historia Anni Sancti* pag. 311. & seqq. Ricci *Traetatu de Jubil. cap. 38.* testimoniis comprobatur.

§. 28. Qui secundae opinionis partes tuentur, considerant, Romanos consuevisse Pontifices, quasdam Facultates concedere ad faciliorem Indulgentiarum consecutionem, & ad impedimenta removenda; atque has solas esse, quae per Annum Sanctum suspensae intelliguntur; cum ad has suspendendas eos potissimum ducat desiderium, quod habent, ut Fideles ad acquirendas Indulgentias Romanae se

absolvere dai casi riservati anche in *Bulla Canonica*; giu- sta ciò, che si legge nel §. *Cetera omnes*. Come ci siamo regolati nella sospensione delle Indulgenze, ci siamo ancora regolati nella sospensione delle Facoltà e degli Indulti, avendo espresse in particolare le Facoltà e gli Indulti che non abbiamo inteso di comprendere sotto la revoca; dal che s'infersce, che le non eccettuate restano comprese. Nella generale sospensione delle Facoltà e degli Indulti erasi altre volte dubitato, se erano comprese le Facoltà, che competono a Prelati Regulari per ragione del proprio carico, d'assolvere i loro Sudditi Regulari dai casi riservati, e dispensare sopra alcuni impedimenti, come può vederli appresso il Viva de *Jubilaeo* quest. 4. art. ult. §. 4. il Costantino del *Jubilaeo dell' Anno Santo* part. 3. c. 7. pag. 250. ed il Pasqualio q. 160. Ma Noi, per torre ogni ambiguità, fra le facoltà eccettuate dalla sospensione, abbiamo eccettuate quelle: *Superiorum Ordinum Regularium, quae cumque ipsi in Regularibus pariter sibi subditos a Sede Apostolica praedicta tributa fuerunt.*

§. 26. Ma non godendo i Regulari i soli Indulti e Facoltà sopra i suoi Sudditi Regulari, ma altresì alcuni di loro sostenendo d'aver Facoltà ed Indulti, loro concessi dalla Sede Apostolica, e non mai rivocati d'assolvere dai casi riservati ad Eisa le persone secolari, e di poter commutar voti, e concedere varie altre cose che non è d'uopo commemorare; resta in piedi una gran controversia, se le medesime restino comprese sotto la sospensione degli Indulti e Facoltà, che si fa nell' Anno Santo. Nella qual controversia alcuni vogliono, che restino sospese le Facoltà d'assolvere dai riservati, e commutar voti, ancorchè non conferite per cagione o con occasione delle Indulgenze; ed altri poi distinguono fra le Facoltà d'assolvere conferite per cagione o con occasione delle Indulgenze, e le Facoltà conferite per altri motivi, dicendo, che le prime nell' Anno Santo restino sospese, e non le seconde; come può vederli appresso il Viva nel luogo citato, il Costantino pure nel luogo citato pag. 246. & seqq. Il Varraniti cit. *Opuscul. de Indulgentiis* q. 5. ed appresso molti altri, che qui è inutile nominare.

§. 27. Chi aderisce alla prima opinione, cioè che restino sospese le facoltà e gli Indulti o conceduti per cagione, ed occasione delle Indulgenze, o per altri motivi, si fondano sopra l'ampiezza, con cui sono concepute le Bolle sospensivae, si fondano sopra l'eccezione d'alcune Facoltà, ed Indulti dalla generalità delle sospensioni; come può vederli appresso il Sorbo, ed il Rodriguez riferiti dal Pasqualio cit. q. 160. E per questo sentimento può molto valutarli un fatto del Pontefice Giulio III. che nell' Anno del Giubileo, avendo sospeso a quei Confessori, che avevano la Facoltà d'assolvere dai casi riservati alla Sede Apostolica, per grazia particolare concessa ai Padri della Compagnia di Gesù, durante l' Anno Santo, che allora correva, il poter godere del Privilegio d'assolvere dai casi riservati al Sommo Pontefice, ed alla Sede Apostolica, conceduto loro da Paolo III. non certamente per cagione, o non occasione delle Indulgenze, ma per altri motivi. Dal che deriva, che i detti privilegi erano da esso Stati compresi sotto la sospensione, che aveva fatta nell' Anno Santo. Il fatto è riferito dall' Orlandino nella *Storia della Compagnia di Gesù*, ed è contestato dal Febet *Traet. de Anno Jubilaei* par. 2. cap. 10. pag. 162. dal Vittorelli nella *Storia de Giubileo Pontifici* par. 3. pag. 371. dall' Alfani nella *Storia degli Anni Santi* pag. 311. e seqq. e dal Ricci *Traetatu de Giubileo* cap. 38.

§. 28. Chi poi è partigiano della seconda opinione, riflette, essere stati soliti i Romani Pontefici di concedere alcune Facoltà per facilitare l'acquisto delle Indulgenze, e per rimuovere gli impedimenti, e che esse sono quelle sole, che s'intendono sospese nell' Anno Santo; militando per la sospensione di queste il desiderio, che hanno, che nell' Anno Santo si portino i Fedeli a Roma per acqui-

conferant; verum nequaquam remanere suspensas Facultates absolute, ac non ratione Indulgentiarum neque ipsarum causa concessas. Ita, post alios complures, contendit Quarti in *Traet. de Jubil. cap. 3. punt. 2. pag. 210.* Porro Navarrus Bullam Indulgentiarum suspensivam a Gregorio XIII. per Annum Jubilaei publicatam cum exponeret, quamvis facilis ei ad Pontificem aditus pateret, apud quem, & gratia, & estimatione valebat, narrat tamen (*de Jub. & Indulg. notab. 33. n. 2.*) se, ne illi saepius molestus esset, egisse cum Praefecto tum temporis Datario viro valde perito, & qui Pontificiam mentem apprime calebat; eumque interrogasse, num sub generali suspensione Facultates, & Indulta ex aliis causis, & non ratione, aut per occasionem Indulgentiarum concessa, comprehenderentur; atque hoc, quod sequitur, responsum tulisse: *Intentionis Sanctissimi Domini Nostri fuisse suspendere solas, & omnes Indulgentias Plenarias, & sola, & omnia earum querendarum causa concessa, & indulta; ita quod nulla Indulgentia, que non esset Plenaria, nec ulla Facultas, que non esset causa Indulgentiae Plenariae quae vendit concessa, consecratur suspensa.* Alia item similis Clementis VIII. declaratio a Cardinali de Lugo de *Penn. disp. 20. sect. 8. n. 145.* referitur.

§. 29. In hac Controversia, num Breve generalis suspensionis omnium Indulgentiarum, & Facultatum absolventi a Casibus Sanctae Sedi reservatis per Annum Sanctum illas tantummodo Facultates comprehendat, quae respectu Indulgentiarum conceduntur, an vero ad illas etiam extendatur, cui sine ullo Indulgentiarum respectu concessae sunt; Nos semper arbitrati sumus, atque arbitramur, diversitatem sententiarum ortam esse, atque oriri ex diversitate verborum, & clausularum, quibus Brevia suspensionis concepta sunt; & ex eo quod qui scripsit, non animadvertit, Suspensiones minime esse uniformes, & quod sub una Suspensione comprehendi possunt omnes Facultates absolventi a casibus reservatis; sub alia vero aliquae tantum, & non aliae comprehendi possunt. In Decretali Sixti IV. *Quemadmodum* qui, sicut supra etiam indicatum est, primus fuit, qui per Annum Sanctum Indulgentias, & Facultates absolventi a casibus reservatis suspensit, subjecta verba leguntur: *Omnes, & singulas Plenarias, etiam ad instar Jubilaei, &c. de putandi Confessores cum potestate absolventi etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis, Facultates, concessiones, & Indulta a Nobis, & eadem Sede, vel illius auctoritate concessas. . . . Suspendimus &c.* Hac eadem formula a successoribus illius Alexandro VI. Clemente VII. & Julio III. adhibita fuit in Constitutionibus, in quibus Anni Sancti Jubilaeum indixerunt. Nimis generalia verba sunt, neque ulla datur ansa refrigerandi suspensiones ad facultates absolventi, ratione Indulgentiarum, concessas; cum Facultates comprehendere debeat aliis etiam de causis impertitas. Quare nemini mirum videri debet, si Pontifex Julius III. qui eadem adhibuerat, Patribus Societatis Jesu potestatem concessit, ut per totum illum, quem ipse celebrabat, Annum Sanctum, a casibus reservatis absolvent, utentes privilegio, quod eidem a Paulo III. concessum fuerat, quodque ipse prius sub amplitudine suae suspensionis comprehenderat, quemadmodum etiam paulo ante dictum est.

§. 30. Hujusce porro formulae amplitudo ad Gregorium usque XIII. perduravit, qui in suspensione Indulgentiarum, & Facultatum, quam per Annum Sanctum a se celebratum fecit, in hunc, qui sequitur, modum eandem restrinxit: *De Apostolica potestate plenitudine suspendimus . . . omnes, & quascumque plenarias, etiam ad instar Jubilaei, & earum causa, Facultates, concessiones, & Indulta quaecumque a Nobis, & a dicta Sede, & ipsius auctoritate quibuscumque Ecclesiis &c.* Digna observatione verba sunt; & earum causa, cum ab ipsis derivetur, eas duntaxat Facultates sub Brevis suspensionis comprehensas fuisse, quae per respectum ad Indulgentias concessae fuerant; quod quidem & explicitationem a Pontificis Datario editam, & Navarri sententiam, sicut & supra indicatum est, mirifice comprobat.

§. 31. Restrictiva Gregorii XIII. formula a Clemente-

ANNO JURILIAI acquiescere le Indulgenze; ma non restar sospese le Facoltà assolutamente concedute non in ordine alle Indulgenze, ne per causa d' esse. Così, dopo molti altri, sostiene il Quarto nel *Traetato del Giubileo* c. 3. n. 2. pag. 219. Il Navarro commentando la Bolla sospensiva delle Indulgenze fatta da Gregorio XIII. nell' Anno del Giubileo, ancorchè avesse facile l'accesso al Papa, da cui era ben veduto, ed appresso cui era in molto pregio, riferisce da *Jubileo, & Indulgentiis, notabil. 33. sub n. 2.* che per non incomodarlo così spesso, trattò col Prelato Datario di quel tempo, uomo molto perito, e che era ben informato della mente Pontificia, e l'interrogò, se sotto la sospensione generale restavano comprese le Facoltà e gli Indulti conceduti per altri motivi, e non per cagione, ed in occasione delle Indulgenze, e che ne riportò la seguente risposta: *Inventionis SS. Domini Nostri fuisse suspendere solas, & omnes Indulgentias plenarias, & sola, & omnia earum querendarum causa concessa, & indulta; ita quod nulla Indulgentia, que non esset plenaria, nec ulla Facultas, que non esset causa Indulgentiae plenariae quae vendit concessa, consecratur suspensa.* Ed altra simile dichiarazione di Clemente VIII. vien riferita dal Card. de Lugo de *Penn. disp. 20. sect. 8. n. 145.*

§. 29. In questa controversia, se il Breve di sospensione generale di tutte le Indulgenze e Facoltà d'assolvere dai casi riservati alla Santa Sede, comprenda nell' Anno Santo solo quelle Facoltà concesse ad intuito delle Indulgenze, o pure si estenda a quelle ancora concesse senza verun ordine alle Indulgenze; Noi sempre abbiamo creduto, e crediamo, esser nata; e nascere la diversità de' sentimenti dalla diversità delle parole; e clausole, con cui sono conceduti i Brevi di sospensione, e dal non aver, chi ha scritto, fatta la riflessione, che le Sospensioni non sono uniformi, e che sotto una Sospensione possono esser comprese tutte le Facoltà d'assolvere dai casi riservati, e sotto l'altra alcune solo possono esser comprese, e non altre. Nella Decretale *Quemadmodum* di Sixto IV. che fu il primo, come anche di sopra si è accennato, che nell' Anno Santo sospese le Indulgenze, e le Facoltà d'assolvere dai casi riservati, si leggono le seguenti parole: *Omnes, & singulas plenarias, etiam ad instar Jubilaei &c. deputandi Confessores cum potestate absolventi etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis, Facultates, concessiones, & Indulta, a Nobis, & eadem Sede, vel illius auctoritate concessas. . . . Suspendimus &c.* Questa stessa formula fu adoperata da' di lui Successori Alessandro VI. Clemente VII. e Giulio III. nelle Constitutionibus, nelle quali intimarono il Giubileo universale dell' Anno Santo. Sono le parole troppo generali, e non v'è attacco per poter restringere la sospensione alle Facoltà d'assolvere concesse in ordine alle Indulgenze, dovendo comprendere anche le Facoltà d'assolvere concesse per altri motivi; e però non dee a veruno recar meraviglia, se il Pontefice Giulio III. che se n'era servito, concesse ai Padri della Compagnia di Gesù il potere, durante l' Anno Santo, che celebrava, assolvere dai casi riservati, prevalendosi del Privilegio loro dato da Paolo III. che aveva prima compresa sotto l'ampiezza della sua sospensione, come poco anzi ancora si è detto.

§. 30. Durò l'ampiezza della formula fino a Gregorio XIII. che nella sospensione, che fece, delle Indulgenze e Facoltà, nell' Anno Santo da lui celebrato, la restrinse nel modo seguente: *De Apostolica potestate plenitudine suspendimus . . . omnes, & quascumque plenarias, etiam ad instar Jubilaei, & earum causa, Facultates, concessiones, & Indulta quaecumque a Nobis, & a dicta Sede, & ipsius auctoritate quibuscumque Ecclesiis &c.* Sono degne d'osservazione le parole, & earum causa, derivando da esse la comprensione sotto il Breve sospensivo delle sole Facoltà d'assolvere concedute ad intuito dell' Indulgenza, il che molto bene giustifica la spiegazione data dal di lui Datario, ed il sentimento del Navarro, come pure di sopra fu accennato.

§. 32. La restrittiva di Gregorio XIII. non fu man-

ANNO mente VIII. nequaquam servata fuit, qui antiquam
 rursus amplitudinem assumpsit: Omnes, & singulas
 Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remis-
 siones, & Facultates, & indulgentia absolvendi etiam
 a casibus Sedi Apostolicae reservatis... suspendimus.
 Hanc autem eandem rationem Successores illius
 tenuerunt, qui verba, & earum causa, unde restricti-
 va oriebatur, omiserunt. Cardinalis de Lugo loco
 supracitato contendit, solam suspensionem Facultatum,
 quae ratione Indulgentiarum concessae sunt, non au-
 tem earum, quae propter alias causas impertitae fue-
 runt, admittendam esse, etiam in Brevis suspensivo
 Clementis VIII., verba, & earum causa, desideren-
 tur, affirmans, ita ab eodem Clem. fuisse declaratum:
 Sed idem Pontifex interrogatus dixit, eandem fuisse in-
 tentionem suam, & ad tollendum dubium edita fuit ite-
 rum eadem Bulla, additis eisdem verbis, id est, earum
 causa. Nos mutationis huius nullum documentum
 aut indicium habemus, & postquam quod subsisteret, ar-
 gumento esset, quod nisi in suspensivo Brevis infuit
 verba, earum causa, sub illius amplitudine Facultates
 absolvendi, tam in ordine ad Indulgentias, quam aliis
 de causis concessae, comprehensae intelliguntur. Verba
 earum causa in Brevis suspensivis Urbani VIII. alio-
 rumque Successorum etiam omissa sunt; Et quam-
 quam supradictus Cardinalis de Lugo in sententia sua
 persistens, affirmet, quod Brevis Urb. VIII. secundam
 explanationem alteri Brevis Clementis VIII. datam
 intelligendum sit; animadvertendum tamen est, quod
 non ita Urbanum declarasse ait, sed ita Cardinalem
 ipsum opinatum esse: Quare cum iterum de hoc dubi-
 taretur, equo dixi, non fuisse revocata Regularium Fa-
 cultatem. Et sane cum Regesta Anni Sancti Pontificis
 Urb. VIII. diligenter evoluta, ac perlustrata sint, nul-
 lum inventum est monumentum, quod hanc, de qua
 agimus, materiam respiciat. Praeterea diligenter perle-
 cta sunt Regesta Congregationum, quae per Jubilaei
 Annum a Clemente X. celebratum habitae fuerunt,
 atque ex ipsis hoc collectum est, eos, qui in illis in-
 terveniebant, ejus sententiae fuisse, ut deficientibus in
 Brevis suspensivo verbis, & earum causa, Facultates
 absolvendi, tam in ordine ad Indulgentias, quam alie-
 ter concessae, revocatae intelligerentur. Et sane mani-
 festo studio contenderunt, ut a Summo Pontifice decla-
 raretur, sicuti declaratum fuit, ut durante etiam An-
 no Sancto possent Regularis uti privilegii proprios
 subditos absolvendi a casibus reservatis, quod profecto
 non fecissent, nisi crederent, sub suspensione Pontifi-
 cibus Clementis etiam Facultates absolvendi non res-
 pectu Indulgentiarum concessas, comprehensas fuisse;
 cum huiusmodi essent ea, quas in favorem Regularium
 praeservari postulabant.

§. 32. Porro Constantini in suos de Anno Sancto
 pluries laudato Tractatu part. 3. cap. 7. pag. 246.
 valde apposite, & ad rem dicit, rem omnem a
 mente, atque intentione Pontificis pendere. Nos in
 Constitutione nostra verba, & earum causa, quem-
 admodum Gregorius XIII. fecit, non inferimus;
 Neque porro in altera Constitutionis nostrae editio-
 ne ea verba supplevimus, quemadmodum Cardinalis
 de Lugo a Clemente VIII. factum affirmat. Per-
 suasum Nobis est, magnam esse vim generalitatis
 verborum; ideoque protestamur, quod, salvis Fa-
 cultatibus expresse ac nominatim exceptis, suspen-
 sae remaneant, durante Anno Sancto, aliae Facul-
 tates absolvendi a casibus Apostolicae Sedi etiam in
 Bulla Cense reservatis, sive Indulgentiarum causa,
 & intuitu, sive ob alias causas concessae sint. Et
 quamquam hoc ad aperiendam, & manifestandam
 mentem nostram circa id, de quo agitur, sufficiens
 esse debet; nihilominus opportunum, atque expedi-
 ens esse existimavimus in altera Constitutione nos-
 tra, quae incipit Convocatis, repetere quod omnes
 Facultates absolvendi, & dispensandi suspensae sint,
 sive ea Indulgentiarum causa, & occasione, sive alio
 quovis titulo, & causa concessae fuerint; tum cum
 de earum Facultatum usu agitur extra Urbem, non
 tamen Romae; & item quando agitur de earundem
 usu in saecularibus extra Urbem, non tamen quando
 agitur de illarum usu sive extra Urbem, sive in ea
 in Regulares Subditos eorum Praetorum, sive in ea
 in Regulares Regularium, quibus eadem Facultates legiti-
 me

mantenuta da Clemente VIII. che riassunto l' antica
 ampiezza: Omnes, & singulas Indulgentias, etiam per-
 petuas, & peccatorum remissiones, & Facultates,
 & Indulgentia absolvendi etiam a casibus Sedi Apostoli-
 cae reservatis... suspendimus: ed in questa stessa
 maniera si sono regolati i di lui Successori, che han-
 no abbandonato le parole, & earum causa, dalle qua-
 li nasceva la restrittiva. Il Cardinale de Lugo nel
 luogo supracitato pretende doverci ammettere la sola
 sospensione delle Facoltà concedute in ordine alle In-
 dulgenze, e non delle altre accordate per altri moti-
 vi, ancorchè nel Brevis suspensivo di Clemente VIII.
 manchino le parole, & earum causa, asserendo, così
 aver dichiarato lo stesso Clemente: Sed idem Pontifex
 interrogatus dixit, eandem fuisse intentionem suam,
 & ad tollendum dubium, edita fuit iterum eadem
 Bulla additis eisdem verbis, cioè earum causa. Noi
 di questa mutazione non abbiamo verun riscontro,
 e quando fosse sussistente, dimostrerebbe, che se nel
 Brevis suspensivo non sono le parole earum causa,
 s' intendono sotto la di lui ampiezza comprese le
 facoltà d' assolvere o dare in ordine alle Indulgen-
 ze, o per altri motivi. Le parole pure earum cau-
 sa furono tralasciate ne' Brevis suspensivi d' Urbano
 VIII. e degli altri Successori; E quantunque il so-
 praddetto Cardinal de Lugo, proseguendo nel suo im-
 pegno, dica, che il Brevis d' Urbano deve intenderfi
 giusta la spiegazione data all' altro di Clemente VIII.
 è però d' avvertirsi, che non dice, aver così Ur-
 bano dichiarato, ma d' avere esso Cardinale così opi-
 nato: Quare, cum iterum de hoc dubitaretur, e-
 que dixi, non fuisse revocata Regularium Faculta-
 tem. E di fatto si sono fatti rivoltare il Registri
 dell' Anno Santo del Pontefice Urbano, e non si è
 ritrovata alcuna memoria, che riguardi la materia, di
 cui si tratta. Si sono in oltre diligentemente letti i
 Registri delle Congregazioni tenute nell' Anno del
 Giubbileo celebrato da Clemente X. e da essi si è
 potuto raccogliere, che gl' intervenienti erano di senti-
 mento, che, mancando nel Brevis suspensivo le pa-
 role, & earum causa, s' intendessero rinvocate le Fa-
 coltà d' assolvere, o concedute, o non concedute in
 ordine alle Indulgenze. Imperocchè fecero tutti gli
 sforzi, acciò dal Sommo Pontefice si dichiarasse,
 come fu dichiarato, che anche durante l' Anno San-
 to potessero i Regolari prevalersi dei privilegi d' as-
 solvere i propri Sudditi Regolari dei casi riservati;
 il che non avrebbero fatto, se non avessero suppo-
 sto, che sotto la sospensione del Pontefice Clemente
 fossero state comprese anche le Facoltà d' assolvere,
 non concessae ad intuito delle Indulgenze, essendo tali
 quelle, che domandavano che si preservassero a pro de
 Regulari.

§. 32. Il Padre Costantini nel suo Trattato più vol-
 te nominato dell' anno Santo part. 3. c. 7. pag. 245. dice
 molto bene, quando dice, dipende il tutto dall' in-
 tentione del Papa. Noi nella nostra Costituzione non
 abbiamo inserite le parole, & earum causa, come fece
 Gregorio XIII. Noi non le abbiamo fatte rimettere
 in altra edizione della nostra Costituzione, come il
 Cardinale de Lugo dice essersi fatto da Clemente VIII.
 Noi molto valutiamo la generalità delle parole; e pe-
 rò ci protestiamo, che, salve le Facoltà eccettuate ef-
 pressamente, restino sospese, durante l' Anno Santo, le
 altre Facoltà d' assolvere dai casi riservati alla Sede A-
 postolica anche in Bulla Cense, o siano state concedute
 ad intuito, ed in ordine alle Indulgenze, o per altri
 motivi. E sebbene ciò dovrebbe essere bastante per
 manifestare, in ciò, che appartiene al punto, di cui
 si tratta, la Nostra intenzione, abbiamo nulladimeno
 creduto expediente il ripetere nell' altra Nostra seguen-
 te Costituzione, che comincia Convocatis, esser sospese
 tutte le Facoltà d' assolvere, e dispensate, o concedute
 per causa ed occasione delle Indulgenze, o per qual-
 sivoglia altro titolo o causa, quando si tratta dell' uso
 d' esse fuori di Roma, non però in Roma; e quando
 si tratta dell' uso delle medesime fuori di Roma sopra
 i Secolari, non però quando si tratta del loro uso o
 fuori di Roma, o in Roma, sopra i Sudditi Regolari
 di quei Prelati, e Superiori Regolari, che sono in le-
 gitimo possesso delle dette Facoltà; come si è accen-
 nato di sopra al §. 24.

III.

me competere dignoscuntur; quemadmodum etiam su-
 perius §. 14. indicatum est.

III.

III.

De Apostolica Constitutione, qua incipit Convocatis,
 segnata sub die 25. Novembris 1749.

Dell' Apostolica Costituzione, che incomincia Convocatis,
 segnata sotto il dì 25. Novembre 1749.

§. I.

§. I.

§. 33. Non nostrum hic consilium est de Annis Ju-
 bilaei Historiam contexere, cum id jam
 praestitum ab aliis multis sit, & etiam per occasionem
 Anni Sancti, a Pontifice Benedicto XIII. celebrati a
 supra citato P. Alfani Ordinis Praedicatorum; Minime
 etiam proinde immorabimur in referendo, quo modo a
 Decessoribus nostris Penitentiarum minores deputari, &
 quo numero coeperint, aliique deinde ipsis adjuncti in
 Basilicis SS. Apostolorum Petri, & Pauli, S. Johan-
 nis, & S. Mariae Majoris, ad eorum omnium audien-
 das Confessiones, eisdemque ab ipsis peccatis ab-
 solvendos, quicumque ad easdem visitandas accederent
 plenariam Indulgentiam consecuturi. Nihil praeterea
 dicemus etiam de deputatione, quae temporis successu
 a Cardinali Urbis Vicario fieri capit aliorum Confes-
 sariarum, qui pro majori Penitentium commodo in
 propriis Ecclesiis Confessiones audire possent. Tam mi-
 norum Penitentiarum in Basilicis, quam adjuncto-
 rum, quemadmodum item Sacerdotum, qui a Cardi-
 nali Vicario eliguntur, deputationem Nos introductam
 invenimus, atque eam aliis duobus praecedentibus Ju-
 bilaei Annis, quos Romae celebrari vidimus, in more
 habitam, & receptam Nos vultisse dicere posuimus. A
 Cardinali Penitentiarum, ex Oraculo Pontificio, oppor-
 tunae Facultates dabantur Penitentiarum minoribus Ba-
 silicarum tam ordinariis, quam adjunctis; eodemque
 Oraculo a Cardinali Vicario aliquae Confessariis, quos
 deputabat, Facultates impertiebantur. Ex hoc quae-
 dam confusio ac perplexitas species oriebatur, li-
 cet variae identidem Instructiones pro recto usu Facul-
 tatum eisdem respective concessarum publicarentur, ac
 variis Notificationibus solverentur dubia, quae non se-
 mel proponebantur. Nos illud curavimus, ut in unica
 Constitutione, in ea nimirum, de qua nunc agimus,
 omnia simul complecteremur. In hac itaque Faculta-
 tes enunciamus, quas Penitentiarum Basilicarum mi-
 noribus, atque iis, qui tum in ipsis, tum in aliis Ur-
 bis Ecclesiis adjunguntur, concedimus; Instructiones
 item pro recto earundem usu; Facultates, quae Con-
 fessariis a Cardinali Vicario deputatis dantur; & quo-
 rundam dubiorum, quae alias proposita sunt, declara-
 tiones; ut uno, quod agitur, ictu oculi uniusquisque o-
 mne id, quod ad adimplendum in futuro Anno Sancto
 Penitentiarum, vel Confessariis, ut supra, deputati mi-
 nisterium, necessarium est, videre possit. Quare illud
 unice restat, unamquemque Penitentiarum, vel Con-
 fessarium deputatum hortari, eique, ut facinus, in-
 jungere, ut quantum uniusquisque eorum conceditur at-
 tente legant, ne in propriae animae, ac animarum suo-
 rum Penitentium praedictarum auctoritatis
 limites excedant.

§. II.

§. II.

De Facultatibus concessis in Constitutione Convocatis pro
 imminente Anno Sancto Penitentiarum in ordine
 ad Absolutiones a peccatis, & cen-
 suris incurfis.

Delle Facoltà concedute nella Costituzione Convocatis
 per l' imminente Anno Santo ai Penitentieri in
 ordine alle Assoluzioni dai peccati,
 e censure incurse.

§. 34. Deum in hoc, quod proponitur, themate
 notabiles res Nobis videntur; una quae
 respicit Penitentes; altera, quae pertinet ad pec-
 cata.

§. 34. Deum in hoc, quod proponitur, themate
 notabiles res Nobis videntur; una quae
 respicit Penitentes; altera, quae pertinet ad pec-
 cata.

§. 35. Magna ea controversia est, num aliqui Re-
 gulares tempore Jubilaei Anni Sancti, sive alias dum
 Jubilaeum conceditur, & Penitentibus Facultas da-
 tur eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum,
 possint confiteri Confessario Saeculari, vel Regu-
 lari alterius Ordinis, ab Ordinario pro Confessionibus
 saecularium audiendis approbato, idque sine Su-
 periorum suorum licentia; cum aliquot Religio-
 sae Communitates, sive Religiones, Privilegia a
 Summis Pontificibus eisdem concessa habeant, ut non
 Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III. ob.

§. 35. Grande è la controversia, se alcuni Regu-
 lari possano nel tempo del Giubbileo dell' Anno San-
 to, o pure in altri Giubbilei, ne quali si dà ai Peni-
 tenti la Facoltà d' elegerfi un Confessore approvato
 dall' Ordinario, confessarsi ad un Confessore Saecula-
 re, o pure Regolare, d' altra Religione, approvato
 dall' Ordinario per sentire le Confessioni de' Saecula-
 ri, e ciò senza la licenza de' loro Superiori; avendo
 alcune Comunità Religiose, o sieno Religioni, privile-
 gi loro accordati da Sommi Pontefici, che, non ostante
 M la